





MUTARE
VEL TIMERE
SPERNO
The Most Noble Henry-
Duke of Beaufort 1705-

Z.6.2.

337



Ignatij Ep̄læ genuinæ.

pag.

1. Ad Smyrnæos — 1.
2. Ad Polycarpum. — 10.
3. Ad Ephesios — 17.
4. Ad magnesios — 30
5. Ad Philadelphios — 38.
6. Ad Trallesios — 46.
7. Ad Romanos; at non e Codice Medicæo } 54. it 298. græce tantum.

Interpolatæ.

Ad Ephesios — 117.
ad Magnesianos — 139.
ad Trallianos — 155.
ad Philadelphienses — 171.
ad Smyrnenses — 189.

Ignatio Mariæ Castabalitidis Ep̄la. — 65.

Ignatio adscriptæ.

Ad Mariam Neapolin — 69.
Ad Tarsenses — — 73.
Ad Antiochenos — 81.
Ad Heronem Diaconum Ecclīæ Antiochenorum } — 90.
Ad Philippenses de Baptismo — 98.
Ad S. Johem Ap̄lum & Evangelistã. 113. } Latᵉ solum.
Ad eundem altera. — 114. }
Ad S. Mariam Virginem. — 114 }

Barnabæ Ep̄la Catholica. — 209.

L. l. 8

315

326

EPISTOLÆ GENVINÆ

S. IGNATII MARTYRIS;

quæ nunc primum lucem vident ex bibliotheca Florentina.

Adduntur

S. IGNATII EPISTOLÆ,

quales vulgo circumferuntur.

Adhæc

S. BARNABÆ EPISTOLA.

Acceſſit univerſis tranſlatio vetus.

Edidit, & NOTAS *addidit,*

ISAACVS VOSSIVS.



AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM BLAEV,
CIϽ IϽC XLVI. H 5-10

ILLVSTRIBVS VIRIS;

GERBRANDO PANCRATIO,

IOANNI CORNELIO GEELVINK,

antehac in Collegio, tum I[lluſt.] Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Ordinum, tum præfectorum rei maritimæ, Delegato;

GERARDO SCHAAP, IC.

Curatori Academiæ Lugdunenſis, ex Legatione extraordinaria ad Sereniſſimum Daniæ Regem, tranſactione pacis feliciſſime procurata, Reduci;

CORNELIO BICKERO,

Domino in Swieten;

REIP. AMSTELODAMENSIS CONSVLIBVS.

CVm maximo ſemper deſiderio flagrarim, VIRI ILLVSTRES, ut devotionem meam aliquo Vobis modo oſtendere liceret: doluit ſæpenumero, nihil omnino me reperire, quod voti redderet compotem. Non permittebant merita veſtra, quæ nihil non illuſtre & ſublime expetebant, ut exile aliquid & humile Vobis offerrem: ut vero magnum aliquid, dignum Vobis, dignum debitis meis, præſtarem, non permittebat ingenii mei tenuitas: quam cum ſem-

per perſentiam, tum vero maxime, quando de benefactis Veſtris inſtituendus eſt ſermo. Gratulor idcirco mihi quam plurimum, quod cum eo, quo vellem, pacto, vota mea exolvere non licuerit; ſaltem non prærepta fuerit occaſio, quominus alieno opere imbecillitati meæ potuerim ſuccurrere. Qui itaque vice mea apud Vos defungitur, is eſt IGNATIVS Martyr glorioſiſſimus, coætaneus & amicus Apoſtolorum; cujus quidem hactenus habuimus epiſtolas, ſed ita improbe corruptas & interpolatas, ut non habuiſſe ſatius forſan fuiſſet: adeo illæ multorum non tantum, ſed & turpium errorum doctiſſimis etiam hominibus origo & cauſa fuere. Iſtæ vero, quas nunc vobis offero, longe ab iis ſunt diverſæ: puræ ſiquidem & intaminatæ, ubique ſibi ſimiles, ubique Sanctiſſimi Martyris pietatem & zelum teſtantur & ſpirant. Quod ſi ut plerunque hoc tempore fieri ſolet, literati, & qui literas amant, ſcripta ſua iis ſoleant conſecrare, qui ea auctoritate ſua tueri & defendere poſſint; & ſi bruta etiam hoc natura docuerit, ut in locis ſecurioribus fœtus ſuos reponant; ac ſi volatilia quoque ſummarum arborum cacumina exſtruendis nidis norint deligere: non debebat Sanctus ille autor Sanctiori ſub tutela, quam Veſtra, quindecim iterum poſt ſæcula renaſci; non debebat ſecuritatem ſibi majorem ſperare, quam ſi tam Illuſtria nomina præfixa oſten-

taret,

taret, unde bonis & æquis lectoribus commendatiorem ſe redderet, & adverſus calumniatores & malevolos tanquam clypeo protegeretur. Sed neque me civilis ratio aliud patrocinium, quam Veſtrum, adſciſcere patiebatur. Nam ſi & in agris, & in villis, pulcherrima quæque poma diis ſuis Tutelaribus donaverit antiquitas; quanto juſtius ego, qui tot jam annos juventutis meæ in urbe Veſtra contrivi, aliquod tributum Vobis, tanquam Vrbis hujus præſidibus Diis ſolvere debebam? Quod itaque Vobis offero, VIRI ILLVSTRES, id jam non exhibeo velut oblationem voluntariam; ſed ut ſolutionem debiti: non tanquam donum, ſed tanquam pignus & teſtimonium meæ erga Vos ſubmiſſionis. Deus, Illuſtres & Nobiliſſimi Viri, Vos & Vrbi, & Vobis, diu ſervet incolumes.

Amſtelodami. cIↃ IↃCXLVI.

Illuſtri V. nomini

devotus,

IS. VOSSIVS.

ITa eſt, Lector humaniſſime, quod & Tu, & ego, ſæpius animadvertimus: Omnia illa, quæ vel natura effinxerit, vel arte ſint fabricata, illam habent conditionem; ut quæ in genere ſuo ſint perfectiora, quanto diutius, & adtentius, contemplemur, tanto pulcra magis, & artificioſa, intuentium oculis ſeſe offerant. Simile quid mihi evenit in Ignatio; cujus nunquam epiſtolas relegi, quin ſemper aliquid novi, quo magis ſeſe mihi probarent, in iis deprehenderim: quoties inquam illas in manus reſumſi, toties aliquid adparuit, unde genuinum potuerim agnoſcere ſcriptorē: nunc elegans illa ſimplicitas, & ſeculo, quo vixit, convenientiſſima; nunc rerum & verborum paſſim & ubiq; congruentia, ac veritas; nunc zelus & martyris fervor, qui cum alibi, tum maxime in epiſtola ad Romanos elucet; omnia denique autorem ſuum teſtabantur. Quo magis miror fuiſſe, qui non tantum negarent, epiſtolas has eſſe Ignatii; ſed nec dubitarint adfirmare, illum nullas omnino ſcripſiſſe. Non alio id argumento perſuadere conabantur, quam eo, quod dicerent, neminem veterum ante Euſebium earum meminiſſe. Nam ſententias, quæ apud Irenæum, & Origenem, exſtarent, eas ore pronunciaſſe, non autem ex epiſtolis ejus eſſe petitas. Non adtenderunt viri doctiſſimi ad eum Origenis locum, qui exſtat homil. VI in Lucam: *Vnde eleganter in cujuſdam Martyris epiſtola ſcriptum reperi, Ignatium dico Epiſcopum Antiochiæ, poſt Petrum ſecundum, qui in perſecutione Romæ pugnavit ad beſtias; Principem ſæculi hujus latuit virginitas Mariæ* &c. Sed ad antiquiora veniamus, quo magis adpareat antiquitas, & veritas, Ignatii noſtri, & error eorum, qui contrarium ſtatuunt. Primus itaque, qui earum meminerit, is eſt Polycarpus Martyr in epiſtola ad Philippenſes; cujus verba hæc ſunt: Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας ὅσας

εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε, αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. Nemo jam poſſit dubitare, quin Polycarpus iſte Ignatii habuerit epiſtolas, cui etiam unam ex illis ſeptem inſcripſit, quod ipſe teſtatur, cum ait, ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς, καὶ Ἰγνάτιος. Supervixit autem Ignatio Polycarpus annis pluſminus ſexaginta. Hic jam rogo, quænam veri eſt ſimilitudo, ut, Polycarpo vivente, veræ iſtæ Ignatii epiſtolæ fuerint ſuppreſſæ, & aliæ ſuppoſitæ? Nunquid eas perdidit Polycarpus, ut opus fuerit alias excogitare? Non puto, quemquam ita fore ridiculum, ut talia probet. Iam pergo: Si Polycarpus eas habuerit, utique eaſdem habuit Irenæus, ejus diſcipulus, qui illas citavit. Irenæum excipit Origenes, cujus jam verba vidimus. Nemo autem, puto, ſit, qui exiſtimet, diverſas fuiſſe Ignatii epiſtolas, quibus uſus eſt Origenes, ab illis, quas citat Euſebius. Euſebium ſequuntur Athanaſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Antiochus, Damaſcenus, Photius, & innumeri alii; qui omnes uſi ſunt teſtimonio Ignatii; & ita quidem, ut numquam à quoquam inter Apocryphos ſit relatus; quod tamen ne Novi quidem fœderis libri effugere omnes potuerunt. Cum itaq; hic non interruptam habeamus ſeriem eorum, qui has epiſtolas adprobaverunt: non video, quo argumento opinionem ſuam confirmare poſſint, qui aliud ſentiunt. Lectæ ſunt hactenus Ignatii epiſtolæ, prout ab interpolatore fuerant corruptæ: & tamen non defuere, qui judicii acrimonia etiam verum in illis deprehendere potuerint. Oſtendit hoc ſatis ſuperque vir ſummus Andreas Rivetus. Veras jam exhibeo & genuinas, & teſtimoniis antiquorum ubique congruentes, eo jam confugiunt, ut negent, Martyrem illum epiſtolas ſcripſiſſe. Sed fruantur illi opinione ſua: certus ſum,

paucos omnino fore,qui cum ipſis ſentiant; qui vero id cum ratione faciat, neminem.

Quod autem pura, germanaque, jam legere poſſis ſcripta hæc Ignatiana, Benevole Lector, Bibliothecæ Mediceæ debes; debes Sereniſſimo Principi FERDINANDO II, Magno Etruriæ Duci; cujus incredibili erga ſtudia amore, inclytæ ejus Bibliothecæ mihi contigit uſura,& per hanc Ignatianus ille, quem damus, theſaurus. Vtinam vero ſic alii quoque principes animati forent; nec pleriq; avare adeo iis pretium ſtatuerent, quaſi aliquid ſuis de opibus detereretur, ſi libri publice potius utiles forent, quam blattis & tineis abſumendi relinquerentur: hîs enim, non ſuæ quidquam gloriæ adimerent, ſi Sereniſſimi Principis exemplum æmularentur. Atque hic ejus ardor magis illuxit, poſtquam ut mihi relatum eſt, Laurentianæ ſuæ præfecit Ioannem Baptiſtam Donium, virum nobilem, digniſſimum Petri Victorii ſucceſſorem; nec ipſum modo literatiſſimum, ſed ea præditum prudentia, ut nemo judicio majori ad ea ſacraria ſit admiſſurus quemquam. Poſt tantum imperii tanti Principem, majori etiam digniſſimum, tacere non debeo beneficia viri ſummi Paganini Gaudentii: qui favore ſuo,eo me apud Principem ſuum loco collocavit,ut quam diutiſſime bibliotheca hac bono & meo, & publico, frui liceret. Sed de hujus erga me viri meritis, dabitur, ſpero, commodius poſthac loquendi tempus. Nunc hæc adtingere ſatis putavi,ut licet me debitis non abſolvam, beneficiis tamen non videar indignus. Nec video cur ulterius te detineam, Lector. Occurrunt animo & alia, nec ab inſtituto aliena: ſed alius iis dabitur convenientior locus. Vale igitur, pluraque indies à me exſpecta.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SANCTI IGNATII
EPISTOLÆ.

AD SMYRNÆOS.

Ignatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei Patris & dilecti Ieſu Chriſti, habenti propitiationẽ in omni chariſmate, impletæ in fide & charitate, indeficiente exiſtenti omni chariſmate, Deo-decentiſsimæ & ſanctiferæ, exiſtenti in Smyrna Aſiæ; in incoinquinato ſpiritu & verbo Dei, plurimum gaudere.

GLorifico *Ieſum Chriſtum* Deum, qui vos ſapientes fecit. Intellexi enim vos perfectos in immobili fide (quemadmodum clavifixos in cruce Domini

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ.

Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας ἐν ἀμώμῳ πνεύματι, λόγῳ θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

ΔΟξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα. ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυ-

εἰς Ἰησοῦ Χριστοῦ, σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἑδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ. Ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. ἀφ' οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν, οὐχ' ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες, καὶ καθὼς φρονοῦσιν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

noſtri *Ieſu Chriſti*, & carne & ſpiritu) & firmatos in charitate, in ſanguine *Chriſti*: certificatos in Dominum noſtrum *Ieſum Chriſtum*, vere exiſtentem de genere *David* ſecundum carnem, filium Dei ſecundum voluntatem & potentiam Dei genitum vere ex Virgine, baptizatum à *Iohanne (ut impleatur omnis juſtitia ab* Matt. 3, 15.
ipſo) vere ſub *Pontio Pilato* & *Herode* Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne. à cujus fructu nos, à divine beatiſſima ipſius paſſione ; ut levet ſignum in ſecula, per reſurrectionem, in ſanctos & fideles ipſius, & in Iudæis & in Gentibus, in uno corpore Eccleſiæ ipſius.

Hæc enim omnia paſſus eſt pro nobis, ut ſalvemur. Et vere paſſus eſt, ut & vere reſuſcitavit ſeipſum. Non, quemadmodum infideles quidam dicunt, ſecundum videri ipſum paſſum eſſe, ipſi ſecundum videri exiſtentes: & quemadmodum ſapiunt, & accidet ipſis exiſtentibus incorporeis & dæmoniacis.

Ego

Ego enim & poſt reſurrectionem in carne ipſum vidi, & credo exiſtentē. Et quando ad eos, qui circa *Petrum* venit, ait ipſis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quoniam non ſum dæmonium incorporeum.* Et confeſtim ipſum tetigerunt, & crediderunt convicti carne ipſius & ſpiritu. Propter hoc & mortem contempſerunt; inventi autem ſunt ſuper mortem. Poſt reſurrectionem autem comedit cum eis & bibit, ut carnalis; quamvis ſpiritualiter unitus Patri.

Hæc autem monefacio vobis, dilecti, ſciens quoniam & vos ſic habetis. Præmunio autem vos à beſtiis anthropomorphis: quos non ſolum oportet vos non recipere, ſed ſi poſſibile neque eis obviare; ſolum autem orare pro ipſis, ſi quomodo pœniteant, quod difficile. Hujus autem habet poteſtatem *Ieſus Chriſtus*, verum noſtrum vivere. Si autem ſecundum videri hæc operata ſunt à Domino noſtro: ergo & ego ſecun-

Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς, λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, κρατηθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν, ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.

Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾷν. μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. Εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δο-

κεῖν δέδεμαι. τί δὲ καὶ ἐμαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; Ἀλλ' ἐγγὺς μαχαίρας ἐγγὺς θεοῦ, μεταξὺ θηρίων μεταξὺ θεοῦ. μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ πάντα ὑπομένω αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.

Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας. οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι, οὐδ' ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον. οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν κατ' ἄνδρα παθήματα. Καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. Τί γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ κύριον μου βλασφημεῖ μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται ὢν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν ὄντα ἄπιστα οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι. Ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς

dum videri ligor. Quid autem & meipſum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium beſtiarum, inter medium Dei. Solum in nomine *Ieſu Chriſti*, ad compati ipſi, omnia ſuſtinebo: ipſo me fortificante, qui perfectus homo factus eſt.

Quem quidam ignorantes, abnegant; magis autem abnegati ſunt ab ipſo; exiſtentes concionatores mortis magis, quã veritatis. Quos non perſuaſerunt Prophetiæ, neque lex *Moyſi*; ſed neq; uſque nunc Euangelium, neq; noſtræ eorum qui ſecundum virum paſſiones. Etenim de nobis idem ſapiunt. Quid enim juvat me quis, ſi me laudat; Dominum autem meum blaſphemat; non confitens ipſum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipſum perfecte abnegavit, exiſtẽs mortifer. Nomina autem ipſorum, exiſtentia infidelia, non viſum eſt mihi inſcribere: ſed neque fiat mihi ipſorum recor-

cordari, uſq; quo pœniteant in paſſionem, quæ eſt noſtra reſurrectio.

Nullus erret. Et ſupercœleſtia, & gloria Angelorum, & Principes viſibiles & inviſibiles, ſi non credant in ſanguinem *Chriſti*; & illis judicium eſt. Qui capit, capiat: * qualiter nullus inflетur. Totum enim eſt fides & charitas: quibus nihil præpoſitum eſt. Conſiderate autem aliter opinātes in gratiam *Ieſu Chriſti*, eam quæ in nos venit; qualiter contrarii ſunt ſententiæ Dei. De charitate non eſt cura ipſis, nō de vidua, non de orphano, non de tribulato, non de ligato vel ſoluto, non de eſuriente vel ſitiente.

*l. qualitate.

Ab Euchariſtia & oratione recedunt; propter non confiteri Euchariſtiam carnem eſſe Salvatoris noſtri *Ieſu Chriſti* pro peccatis noſtris paſſam, quam benignitate Pater reſuſcitavit. Contradicentes ergo huic dono Dei, perſcrutātes moriuntur. Conferens autem eſſet ipſis diligere, ut reſurgant. De-

τὸ πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. ὁ χωρῶν χωρείτω. τόπος μηδένα φυσιούτω. τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσι. Συν-

ἔφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾷν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ. Προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.

Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί. καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις. Τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω. ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν, ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται.

cens eſt recedere à talibus, & neque ſeorſum * de ipſis loqui, neq; communiter: attendere autem Prophetis, præcipue vero Euangelio, in quo paſſio nobis oſtenſa eſt, & reſurrectio perfecta eſt. Partitiones autem fugite, ut principium malorum.

* cum

Omnes Epiſcopum ſequimini, ut *Ieſus Chriſtus* Patrem; & Presbyterium, ut Apoſtolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Nullus ſine Epiſcopo aliquid operetur eorum quæ conveniunt in Eccleſiam. Illa firma gratiarum actio reputetur, quæ ſub ipſo eſt, vel quam utique ipſe conceſſerit. Vbi utique apparet Epiſcopus, illic multitudo ſit: quemadmodum utique ubi eſt *Chriſtus Ieſus*, illic Catholica Eccleſia. Non licitum eſt ſine Epiſcopo neque baptizare, neque agapen facere: ſed quod utique ille probaverit, hoc eſt Deo beneplacitum; ut ſtabile ſit & firmum omne quod agitur.

Ratio-

Rationabile eſt de cætero evigilare, & cum adhuc tempus habemus, in Deum pœnitere. Honorans Epiſcopum, à Deo honoratus eſt: qui occultans ab Epiſcopo aliquid operatur, Diabolo præſtat obſequium. Omnia igitur vobis in gratia ſuperabundent: digni enim eſtis. Secundum enim omnia me quieſcere feciſtis: & vos *Ieſus Chriſtus*. Abſentem me & præſentem dilexiſtis: retribuat vobis Deus; propter quem omnia ſuſtinentes, ipſum adipiſcemini.

Philonem & *Reum* & *Agathopum*, qui ſecuti ſunt me in verbum Dei, bene feciſtis ſuſcipientes ut miniſtros Dei *Chriſti*: qui & gratias agunt Domino pro vobis; quoniam ipſos quieſcere feciſtis ſecundum omnem modum. Nihil vobis utique deperibit. Conformis animæ veſtræ ſpiritus meus, & vincula mea, quæ non deſpexiſtis, neque erubuiſtis: neque vos erubeſcet perfecta fides *Ieſus Chriſtus*.

Εὔλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι, καὶ ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν εἰς θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ θεοῦ τετίμηται. Ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει. Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω, ἄξιοι γάρ ἐστε. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός. Ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε. Ἀμείβῃ ὑμῖν θεός, δι᾽ ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

Φίλωνα, καὶ Ῥέον, καὶ Ἀγαθόπουν, οἱ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ θεοῦ. οἱ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται. Ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε οὐδὲ ἐπαισχύνθητε, οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίστις Ἰησοῦς Χριστός.

Η προ-

Ἡ προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι ἔσχατος αὐτῶν ὤν, κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ' ἐκ χάριτος θεοῦ, ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν θεοῦ ἐπιτύχω. Ἵνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεπεστάτην εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀπεκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον. ἐφάνη μοι ἄξιον πρᾶγμα πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν. καὶ ὅτι λιμένος ἤδη ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες τέλεια καὶ φρονεῖτε. Θέλουσιν γὰρ ὑμῖν

Oratio veſtra pervenit ad Eccleſiam quæ eſt in *Antiochia Syriæ*; unde ligatus Deo decentiſſimis vinculis omnes ſaluto non exiſtens dignus inde eſſe extremus ipſorum exiſtens: ſecundum voluntatem autem Dei dignus factus ſum, non ex conſcientia, ſed ex gratia Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione veſtra Deo potiar. Vt igitur perfectum veſtri fiat opus in terra & in cœlo; decet, ad honorem Dei, ordinare Eccleſiam veſtram Deo venerabilem, in factum uſque *Syriam* congaudere ipſis, quoniam pacem habent, & acceperunt propriam magnitudinem, & reſtitutum eſt ipſis proprium corpuſculum. Viſum eſt mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem veſtrorum cum epiſtola: ut conglorificent eam, quæ ſecundum Deum, ipſis factam tranquillitatem; & quoniam portu jam potita eſt, oratione veſtra. Perfecti exiſtentes, perfecta & ſapite. Volentibus enim vobis

bis bene facere, Deus paratus eſt ad tribuere.

Salutat vos charitas fratrum, qui in *Troade*. Vnde & ſcribo vobis, per *Burrum*, quem miſiſtis mecum ſimul *Epheſiis* fratribus veſtris: qui ſecundum omnia me quieſcere fecit. Et utinam omnes ipſum imitentur, exiſtentem exemplarium Dei miniſterii. Remuneret ipſum gratia ſecundum omnia. Saluto Deo dignum Epiſcopum, & Deo decens Presbyterium, & conſervos meos Diaconos; & ſingillatim, & communiter omnes, in nomine *Ieſu Chriſti*, & carne ipſius, & ſanguine, & paſſione, & reſurrectione, carnali & ſpirituali, in unitate Dei & veſtri. Gratia vobis, & miſericordia, & pax, & ſuſtinentia ſemper.

Saluto domos fratrum meorum, cum uxoribus & filiis; & virgines vocatas viduas. Valete mihi in virtute Patris. Salutat vos *Philon*, mecum exiſtens. Saluto domum *Thaviæ*; quam oro fir-

εὐπράσσειν θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεστείλατε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὅτι κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον θεοῦ διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, σὺν συνδούλους μου διακόνους, καὶ σὺν καθ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ, ἐν ὀνόματι ἐν ἑνότητι θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

Ἀσπάζομαι σὺν οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Ἔρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει πνεύματος. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φί-

λων σὺν ἐμοὶ ὤν. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταουΐας, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Ἔρρωσθε ἐν χάριτι θεοῦ.

mari fide & charitate carnali & ſpirituali. Saluto *Alken* deſideratum mihi nomen, & *Daphnum* incomparabilem, & *Eutecnum*, & omnes ſecundum nomen. Valete in gratia Dei.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΠΟ ΤΡΩΑΔΟΣ.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ ὑπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

Ἀποδεχόμενός σου τὴν ἐν θεῷ γνώμην ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω καταξιωθεὶς τοῦ προσώπου σου τοῦ ἀμώμου, οὗ ὀναίμην ἐν θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι ᾗ ἐνδέδυσαι προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας παρακαλεῖν ἵνα σώζωνται. Ἐκδίκει σου

AD POLYCARPVM.

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Epiſcopo Eccleſiæ Smyrnæorum, magis autem viſitato à Deo Patre & Ieſu Chriſto, plurimum gaudere.

ACceptans tuam in Deo ſententiam, firmatam ut ſupra petram immobilem; ſuperglorifico, dignificatus tua facie immaculata: qua fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratia, qua indutus es, apponere curſui tuo, & omnes deprecari ut ſalventur. Iuſtifica locum tuum, in omni cura carnali & ſpi-

& ſpirituali. Vnionem cura, quâ nihil melius. Omnes ſupporta; ut & te Dominus. Omnes ſuſtine in charitate; quemadmodum & facis. Orationibus vaca indeſinentibus: pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem ſpiritum poſſidens: ſingulis ſecundum conſuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, ut perfectus athleta: ubi major labor multum lucrum.

Bonos diſcipulos ſi diligas, gratia tibi non eſt: magis deteriores in manſuetudine ſubjice. Non omne vulnus eodem emplaſtro cu-
Matth. 10, 16. ratur. Exacerbationes in pluviis quieta. *Prudens fias, ut ſerpens*, in omnibus; *& ſimplex, ut columba.* Propter hoc carnalis es & ſpiritualis; ut manifeſta in tuam faciem blandiaris: inviſibilia autem petas ut tibi manifeſtentur; ut nullo deficias, & omni chariſmate abundes. Tempus expetit te, & ut qui in

τὸν τόπον ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. πάντας βάσταζε ὡς καί σε ὁ κύριος. πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ ὥσπερ καὶ ποιεῖς. προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις. αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. Γρηγόρει ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ βοήθειαν θεοῦ λάλει. πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

Καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστιν. μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους ἐν πρᾳότητι ὑπότασσε. οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. Φρόνιμος γίνου ὡς ὄφις ἐν ἅπασιν, καὶ ἀκέραιος ὡσεὶ περιστερά. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός, ἵνα τὰ φαινόμενά σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς. τὰ δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ

σε ὡς κυβερνῆται ἀνέμους καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα εἰς τὸ θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς θεοῦ ἀθλητής. τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον ἐγὼ, καὶ τὰ δεσμά μου ἃ ἠγάπησας.

Οἱ δοκοῦντες, ἀξιόπιστοι εἶναι καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μή σε καταπλησσέτωσαν. στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν. μάλιστα δὲ ἕνεκεν θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ. τοὺς καιροὺς καταμάνθανε. τὸν ὑπερκαιρὸν προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν. μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω. μηδὲ σὺ ἄνευ θεοῦ γνώμης τι πρᾶσσε, ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, εὐ-

procella eſt portum à Deo potiendum. Vigila, ut Dei athleta: thema incorruptio, vita æterna; de qua & tu confiſus es ſecundum omnia. Tui refrigerium ego, & vincula mea quæ dilexiſti.

Qui videntur fide digni eſſe & altera docent, non te ſtupefaciant: ſta firmus, ut incus percuſſa. Magni eſt athletæ, diſcerpi & vincere. Maxime autē propter Deum omnia ſuſtinere nos oportet: ut & ipſe nos ſuſtineat. Plus ſtudioſus fias, quam es. Tempora conſidera: eum qui ſupra tempus expecta, intemporalem, inviſibilem, propter nos viſibilem; impalpabilem, impaſſibilem, propter nos paſſibilem, ſecundum omnem modum propter nos ſuſtinentem.

Viduæ non negligantur: poſt Dominum tu ipſarum curator eſto. Nihil ſine ſententia tua fiat; neque tu ſine Deo quid operare: quod autem operaris, ſit bene ſtabile. Sæpe congregatio-

gationes fiant : ex nomine omnes quære. Servos & ancillas ne deſpicias : ſed neque ipſi inflentur ; ſed in gloriam Dei plus ſerviant, ut meliori libertate à Deo potiantur. Non deſiderent à communi liberi fieri ; ne ſervi inveniantur concupiſcentiæ.

Malas artes fuge : magis autem de his homeliam fac. Sorores meas alloquere, diligere Dominum, & viris ſufficere carne & ſpiritu. Similiter & fratribus meis annuncia, in nomine *Ieſu Chriſti*, diligere uxores, *ut Dominus Eccleſiam*. Si quis poteſt in caſtitate manere, in honorem carnis Domini, in gloriatione Domini maneat. Si glorietur, perditur : & ſi videri velit plus Epiſcopo, corruptus eſt. Decet autem ducentes & ductas, cum ſententia Epiſcopi unionem facere ; ut ſit ſecundum Dominum, & non ſecundum concupiſcentiam. Omnia in honorem Dei fiant.

ςαθής. πυκνώτερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν. ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει, ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ᾽ εἰς δόξαν θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ θεοῦ τύχωσιν. μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν τῆς ἐπιθυμίας.

Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε, μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν μὴ ποιοῦ. ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει ἀγαπᾷν τὸν κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀγαπᾷν ὡς ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν. εἴτις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ κυρίου τῆς σαρκὸς ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. ἐὰν καυχήσηται ἀπώλετο. καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι, καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ θεὸν, καὶ μὴ κατ᾽ ἐπιθυμίαν. Πάντα εἰς τιμὴν θεοῦ γινέσθω. Nuptiæ cum ſententia Epi celebrandæ

Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν Θεῷ. συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, συναθλῆτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε ὡς Θεοῦ οἰκονόμοι καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται. ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε. μήτις ὑμῶν δεσέρτωρ εὑρεθῇ. τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω ὡς ὅπλα. ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία. ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ. ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία. τὰ δεπόσιτα ὑμῶν τὰ ἔργα ὑμῶν, ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίζησθε. μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν. ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός.

Ἐπειδὴ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς ἐδηλώθη μοι διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, κἀγὼ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ θεοῦ, ἐάνπερ διὰ τοῦ παθεῖν θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναι με ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν μαθητήν.

Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Vnanimis ego cum ſubiectis Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis: & cum ipſis mihi pars fiat capere in Deo. Collaborate adinvicem, concertate, concurrite, compatimini, condormite, conſurgite, ut Dei diſpenſatores & aſſeſſores & miniſtri. Placete cui militatis; à quo & ſtipendia fertis. Nullus veſtrum otioſus inveniatur. Baptiſma veſtrum maneat ut ſcutum, fides ut galea, charitas ut lancea, ſuſtinentia ut omnis armatura. Depoſita veſtra, opera; ut accepta veſtra digna feratis. Longanimiter ferte igitur vos ad invicem in manſuetudine, ut Deus vos. Fruar vobis ſemper.

Quia Eccleſia quæ in *Antiochia Syriæ* pacem habet, ut oſtenſum eſt mihi, per orationem veſtram: & ego lætior factus ſum in ſollicitudine Dei; ſiquidem, per pati, Deo potiar, in inveniri me in oratione veſtri diſcipulum.

Decet,

Decet, *Polycarpe* Deo beatiſſime, concilium congregare Deo decentiſſimum, & ordinare aliquem quem dilectum valde habetis & impigrum, qui poterit Dei curſor vocari: & hunc dignificari, ut vadens in *Syriam*, glorificet veſtram impigram charitatem in gloriam Dei. Chriſtianus ſui ipſius poteſtatem non habet, ſed Deo vacat. Hoc opus Dei eſt & veſtri, quoniam ipſi perfecti eſtis. Credo enim gratiæ, quoniam parati eſtis ad beneficentiam Deo decentem. Sciens veſtrum compendium veritatis, per paucas vos literas conſolatus ſum.

Quia igitur omnibus Eccleſiis non potui ſcribere, propter repente navigare me à *Troade* in *Neapolim*, ut voluntas præcipit: ſcribes aliis Eccleſiis, ut Dei ſententiam poſſidens, idem & ipſos facere; hi quidem potentes pedites mittere, hi autem Epiſtolas per à te miſſos, ut glorificeris æterno opere. Vt dignus exiſtens, ſaluto omnes

Πρέπει Πολύκαρπε θεομακαριστότατε συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαι τινὰ ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι. Τοῦτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν Χριστοῦ. Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ θεῷ σχολάζει. Τοῦτο τὸ ἔργον θεοῦ ἐστὶν καὶ ὑμῶν, ὅταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε. πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι ὅτι ἕτοιμοί ἐστε εἰς εὐποιΐαν θεῷ ἀνήκουσαν. εἰδὼς οὖν ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι' ὀλίγων ὑμᾶς γραμμάτων παρεκάλεσα.

Ἐπεὶ πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς τὸ θέλημα προστάσσει, γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις ὡς θεοῦ γνώμην κεκτημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι. οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι. οἱ δὲ ἐπιστολὰς διὰ τῶν ὑπὸ σοῦ πεμπομένων, ἵνα δοξαθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ ὡς ἄξιος ὤν.

Ἀσπά-

Ἀσπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος καὶ τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων. ἀσπάζομαι Ἄτταλον τὸν ἀγαπητόν μου. ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ εἰς Συρίαν πορεύεσθαι. ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παντὸς ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὔχομαι. ἐν ᾧ διαμένητε ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ ἐπισκοπῇ. ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μου ὄνομα. ἔρρωσθε ἐν κυρίῳ.

ex nomine ; & eam quæ *Epitropi*, cum domo tota ipſius & filiorum. Saluto *Attalum* dilectum meum. Saluto futurum dignificari ad eundum in *Syriam* : erit gratia cum ipſo ſemper, & mittente ipſum *Polycarpo*. Valere vos ſemper in Deo noſtro *Ieſu Chriſto* oro ; in quo permaneatis in unitate Dei & viſitatione. Saluto *Alken*, deſideratum mihi nomen. Valete in Domino.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ.

Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει Θεοῦ πατρὸς πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον, ἡνωμένην καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι τοῦ πατρὸς, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ

AD EPHESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris & plenitudine, prædeſtinatæ ante ſæcula eſſe ſemper in gloriam permanentem, invertibilem, unitam, & electam in paſſione vera, in voluntate Patris & Ieſu Chriſti Dei noſtri; Eccleſiæ digne bea-

tæ

tæ exiſtenti in Epheſo Aſiæ, plurimum in Ieſu Chriſto, & in immaculata gratia, gaudere.

ACceptans in Deo multum dilectum tuum nomen, quod poſſediſtis natura juſta, ſecundum fidem & charitatem in *Chriſto Ieſu* ſalvatore noſtro, glorificato *Ieſum Chriſtum* Deum: quia imitatores exiſtentes Dei, & reaccendentes in ſanguine *Chriſti* Dei, cognatum opus integre perfeciſtis. Audientes enim ligatum à *Syria* pro communi nomine & ſpe, ſperantem oratione veſtra potiri, in *Roma* cum beſtiis pugnare, videre feſtinaſtis. Plurimam enim multitudinē veſtram in nomine Dei ſuſcepi in *Oneſimo*, qui in charitate inenarrabilis eſt, veſter autem in carne Epiſcopus: quem oro ſecundum *Ieſum Chriſtum* vos diligere, & omnes vos ipſi in ſimilitudine eſſe. Benedictus enim qui tribuit vobis dignis exiſten-

τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι, χαίρειν.

Ἀποδεξάμενος ἐν θεῷ τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα, ὃ κέκτηθε φύσει δικαίᾳ, κατὰ πίστιν καὶ ἀγάπην ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, μιμηταὶ ὄντες θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι θεοῦ τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως ἀπηρτίσατε. Ἀκούσαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος θεῷ προσφορὰν καὶ θυσίαν. ἐπεὶ οὖν τὴν πολυπληθίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι θεοῦ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ τῷ ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγήτῳ, ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ, ὃν εὔχομαι κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ὑμᾶς ἀγαπᾷν, καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶναι. Εὐλογητὸς

γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.

Περὶ δὲ τοῦ συνδούλου μου Βούρρου, τοῦ κατὰ θεὸν διακόνου ὑμῶν ἐν πᾶσι εὐλογημένου, εὔχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου. καὶ Κρόκος δὲ ὁ θεοῦ ἄξιος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀναψύξει ἅμα Ὀνησίμῳ καὶ Βούρρῳ, καὶ Εὔπλῳ, καὶ Φρόντωνι, δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον. ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. πρέπον οὖν ἐστὶ κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν ὡς ὤν τις. εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν

tibus talem Epiſcopum poſſidere.

De conſervo autem meo *Burro*, ſecundum Deum diacono noſtro in omnibus benedicto : oro permanere ipſum in honorem veſtri & Epiſcopi. Sed & *Crocus* Deo dignus & vobis, quem exemplarium ejus quæ à vobis charitatis ſuſcepi, ſecundum omnia me quieſcere fecit ; ut & ipſum pater *Ieſu Chriſti* refrigeret: cum *Oneſimo*, & *Burro*, & *Euplo*, & *Frontone*; per quos vos omnes ſecundum charitatem vidi. Fruar vobis ſemper ; ſiquidem dignus exiſtam. Decens igitur eſt ſecundum omnem modum glorificare *Ieſum Chriſtum*, qui glorificavit vos: ut in una ſubjectione perfecti, ſubjecti Epiſcopo & Presbyterio, ſecundum omnia ſitis ſanctificati.

Non diſpono vobis, ut exiſtens aliquis. Si enim & ligor in nomine *Chriſti*; nequaquam perfectus ſum in *Ieſu Chriſto*. Nunc autem principium

pium habeo addiſcendi ; & alloquor vos, ut doctores mei. Me enim oportnit à vobis ſuſcipi, fide, admonitione, ſuſtinentia, longanimitate. Sed quia charitas non ſinit me ſilere pro vobis ; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurratis ſententiæ Dei. Etenim *Ieſus Chriſtus*, incomparabile noſtrum vivere Patris ſententia, ut & * ipſi ſecundum terræ fines determinati *Ieſu Chriſti* ſententia ſunt.

I. Epiſcopi.

Vnde decet vos concurrere Epiſcopi ſententiæ : quod & facitis. Digne nominabile enim veſtrum Presbyterium, Deo dignum, ſic concordatum eſt Epiſcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc in conſenſu veſtro & conſona charitate *Ieſus Chriſtus* canitur. Sed & ſinguli chorus facti eſtis : ut conſoni exiſtentes in conſenſu, melos Dei accipientes in unitate, cantetis in voce una per *Ieſum Chriſtum* Patri ; ut & vos audiat, & cognoſcat per quem bonum operamini, membra

ὡς συνδιδασκαλίταις μου. ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον, παρακαλεῖν ὑμᾶς ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ Ιησοῦς Χριστὸς τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες ἐν Ιησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ιησοῦς Χριστὸς ᾄδεται. καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ χρῶμα θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνότητι ᾄδετε ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ τῷ πατρί, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ, καὶ ἐπιγινώσκων δι' ὧν ἐπράσσετε, μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. χρήσιμον οὖν ἐστιν

ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι εἶναι, ἵνα καὶ Θεοῦ πάντοτε μετέχητε.

Εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν οὐκ ἀνθρωπίνην οὖσαν, ἀλλὰ πνευματικὴν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς μακαρίζω τοὺς ἐγκεκραμένους οὕτως, ὡς ἡ ἐκκλησία Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ. μηδεὶς πλανάσθω, ἐὰν μήτις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ θεοῦ. εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥτε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης ἐκκλησίας. ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν. γέγραπται γὰρ, ὑπερηφάνοις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται. σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν θεοῦ ὑποτασσόμενοι.

Καὶ ὅσῳ βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν φοβείσθω. πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν,

exiſtentes filii ipſius. Vtile igitur eſt vos in immaculata unitate eſſe ; ut & Deo ſemper participetis.

Si enim ego in parvo tempore talem conſuetudinem tenui ad Epiſcopum veſtrũ, non humanam exiſtentem ſed ſpiritualem : quanto magis vos beatifico, conjunctos ſic ut Eccleſia *Ieſu Chriſto*, & ut *Ieſus Chriſtus* Patri ; ut omnia in unitate conſona ſint! Nullus erret. Si quis non ſit intra altare, privatur pane Dei. Si enim unius & alterius oratio tantam vim habet : quanto magis illa quæ Epiſcopi & omnis Eccleſiæ! Qui igitur non venit in idẽ, hic jam ſuperbit & ſeipſum condemnavit. Scriptum eſt enim : *Superbis Deus reſiſtit.* Iac. 4,6 1 Pet. 5, 5. Feſtinemus igitur non reſiſtere Epiſcopo ; ut ſimus Deo ſubjecti.

Et quantum videt quis tacentem Epiſcopum, plus ipſum timeat. Omnem enim quem mittit Dominus domus in propriam diſpenſationem, ſic oportet nos ipſum

ipſum recipere, ut ipſum mittentem. Epiſcopum igitur manifeſtum quoniam ut ipſum Dominum oportet reſpicere. Ipſe igitur quidem *Oneſimus* ſuperlaudat veſtram divinam ordinationem: quoniam omnes ſecundum veritatem vivitis, & quoniam in vobis neque una hæreſis habitat; ſed neque auditis aliquē amplius quam *Ieſum Chriſtum* loquentem in veritate.

Conſueverunt enim quidam dolo malo nomen circumferre, ſed quædam operantes indigna Deo; quos oportet vos ut beſtias declinare. Sunt enim canes rabidi, latenter mordentes: quos oportet vos obſervare, exiſtentes difficile curabiles. Vnus medicus eſt, carnalis & ſpiritualis, genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in immortali vita vera, & ex *Maria* & ex Deo, primo paſſibilis & tunc impaſſibilis, Dominus *Chriſtus* noſter.

Non igitur quis vos ſeducat; quemadmodum neque ſeducemini, toti exiſtentes

οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον, ὅτι ὡς αὐτὸν τὸν κύριον δεῖ προσβλέπειν. αὐτὸς μὲν οὖν Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ. ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον εἴπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

Εἰώθασι γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἀλλὰ τινὰ πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ, οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδήκται, οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι ὄντας δυσθεραπεύτους. εἷς ἰατρός ἐστιν σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος ἐν σαρκὶ γενόμενος, Θεὸς ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής.

Μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ ἐξαπατᾶσθε, ὅλοι ὄντες Θεοῦ. ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις

ἐνείρισται ἐν ὑμῖν, ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἄρα κατὰ Θεὸν ζῆτε. περίψημα ὑμῶν καὶ ἁγνίζομαι ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά, ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. ἃ δὲ καὶ κατὰ σάρκα πράσσετε ταῦτα πνευματικά ἐστιν. ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

Ἔγνων δὲ παροδεύσαντας τινὰς ἐκεῖθεν ἔχοντας κακὴν διδαχήν, οὓς οὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ' αὐτῶν, ὡς ὄντες λίθοι ναοῦ πατρὸς ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ πατρός, ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅ ἐστιν σταυρός, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς Θεόν. ἐστὲ οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι,

Dei. Quum enim neque una lis complexa eſt in vobis, potens vos torquere; tunc ſecundum Deum vivitis. Peripſima veſtri & caſtificetur à veſtra *Epheſiorum* Eccleſia, famoſa in ſeculis. Carnales ſpiritualia operari non poſſunt, neque ſpirituales carnalia: quemadmodum neque fides quæ infidelitatis, neque infidelitas quæ fidelitatis & fidei. Quæ autem & ſecundū carnem operata ſunt, hæc ſpiritualia ſunt: in *Ieſu* enim *Chriſto* omnia operata ſunt.

Cognovi autem tranſeuntes quoſdam inde, habentes malam doctrinam. Quos non dimiſiſtis ſeminare in vos; obſtruentes aures, ad non recipere ſeminata ab ipſis; ut exiſtentes lapides templi Patris, parati in ædificatione Dei Patris, relati in excelſa per machinam *Ieſu Chriſti*, quæ eſt crux, fune utentes Spiritu ſancto. Fides autem veſtra dux veſter, charitas vero via referens in Deum. Eſtis igitur conviatores, deiferi & templiferi & Chriſtiferi,

ri, ſanctiferi ſecundum omnia ornati in mandatis *Ieſu Chriſti*: quibus & exultãs dignificatus ſum, per quæ ſcribo, alloqui vobis, & cõgaudere; quoniam ſecundum aliam vitam nihil diligitis niſi ſolum Deum.

Sed & pro aliis hominibus indeſinenter Deum oratis. Eſt enim in ipſis ſpes pœnitentiæ, ut Deo potiantur. Monete igitur ipſos ſaltem ex operibus à vobis erudiri. Ad iras ipſorum vos manſueti, ad magniloquia eorum vos humilia ſapientes : ad blaſphemias ipſorum vos orationes, ad errorem ipſorum vos firmi fide, ad agreſte ipſorum vos manſueti. Non feſtinantes imitari ipſos; fratres ipſorum inveniamur in manſuetudine : imitatores autem Dei ſtudeamus eſſe. quis plus injuſtum patiatur, quis fraudetur, quis contemnatur. ut non Diaboli herba quis inveniatur in vobis: ſed in omni caſtitate & temperantia maneatis, in *Ieſu Chriſto*, carnaliter & ſpiritualiter.

ἁγνοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ, οἷς καὶ ἀγαλλιῶμαι ὅτι ἠξιώθην δι' ὧν γράφω προσομιλῆσαι ὑμῖν, καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον βίον οὐδὲν ἀγαπᾶτε, εἰ μὴ μόνον τὸν θεόν.

Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. ἔστιν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα θεοῦ τύχωσιν. ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πρᾳεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορρημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχάς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἑδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι, μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς. ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ, μιμηταὶ δὲ τοῦ κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι. τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ, ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τις εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν. ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ μένετε, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

Ἔσχατοι καιροὶ λοιπόν. αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρῖμα γένηται. ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν. ἓν τῶν δύο μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι, εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν κλήρῳ Ἐφησίων εὑρεθῶ τῶν χριστιανῶν. οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνῄνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Οἶδα τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἐλεημένοι. ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. πάροδός ἐστε τῶν εἰς θεὸν ἀναιρουμένων. Παύλου συμμύσται τοῦ ἁγιασμένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅτ' ἂν θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνη-

Extrema tempora de cetero. Verecundemur & timeamus longanimitatem Dei;ut non nobis in judicium fiat. Vel enim futuram iram timeamus, vel præſentem gratiam diligamus. Vnum duorum ſolum in *Chriſto Ieſu* invenitur, in verum vivere. Sine ipſo nihil vos deceat: in quo vincula circumfero, ſpirituales margaritas; in quibus fiat mihi reſurgere, oratione veſtra. qua fiat mihi ſemper participem eſſe: ut in ſorte *Epheſiorum* inveniar Chriſtianorum; qui & Apoſtolis ſemper conſenſerunt, in virtute *Ieſu Chriſti.*

Novi quis ſum, & quibus ſcribo. Ego condemnatus, vos propitiationem habentes; ego ſub periculo, vos firmati. Tranſitus eſtis eorum qui in Deum interficiuntur: *Pauli* condiſcipuli (ſanctificati, martyrizati, dignebeati) cujus fiat mihi ſub veſtigiis inveniri, quando Deo fruar; qui in omni Epiſtola memo-

moriam facit veſtri in *Ieſu Chriſto.*

Feſtinate igitur crebrius convenire in gratiarum actionem Dei, & in gloriam. Quum enim crebro in idipſum convenitis, deſtruuntur potentiæ *Satanæ*; & ſolvitur perditio ipſius in concordia veſtræ fidei. Nihil eſt melius pace; in qua omne bellum evacuatur cœleſtium & terreſtrium.

Quorum nullum latet vos: ſi perfecte in *Ieſum Chriſtum* habeatis fidem & charitatem; quæ ſunt principium vitæ & finis. Principium quidem fides; finis autem charitas. Hæc autem duo, in unitate facta, Deus eſt: alia autem omnia in bonitate ſequenda ſunt. Nullus fidem repromittens peccat, neque charitatem poſſidens odit.
Matth. 12. *Manifeſta eſt arbor à fructu ipſius*: ſic repromittentes Chriſtiani eſſe per quæ operantur manifeſti erunt. Non enim nunc repromiſſionis opus, ſed in virtute fidei, ſi quis inveniatur in finem.

μονῇ ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν θεοῦ καὶ εἰς δόξαν. ὅταν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

hæc ſcribo : ſed inveniens vos ut filios Dei. Quotquot enim ſunt Chriſti, ipſi ſunt cum Epiſcopo. Qui autem declinant eum, vel communionem ejus, & ſociant ſe maledicis ; ipſi cum illis ſimul abſcindentur. Non enim ſunt agricolæ Chriſti, ſed inimici ſeminarium. A quibus eruamini ſemper precibus aſſidentis Paſtoris veſtri fideliſſimi & mitiſſimi. Rogo itaque vos in Domino ; quicunque pœnitentes venerint ad unitatem Eccleſiæ, ſuſcipite eos cum omni manſuetudine : ut per utilitatem & bonam demonſtrationem de luto & muſcipula Diaboli eru- 2 Tim. 2, 26.
ti, & digni Ieſu Chriſti effecti, ſempiternam ſalutem percipiant in regno Chriſti.

Nolite ergo errare fratres. Quicunque enim ſeparatum à veritate fuerit ſecutus, regnum Dei non hæreditabit : & qui non diſceſſerit à falſiloquo prædicatore, in gehennam damnabitur. Vnde nec à juſtis diſcedere, neque injuſtis appropinquare

re oportet. Quicunque enim in aliena ſententia ambulaverit : ipſe non eſt Chriſti, nec paſſionis ejus particeps ; ſed eſt fraudator & corru-
Cant. 2, 15. ptor vineæ Chriſti. Tali ne commiſceamini, ne ſimul cum eo pereatis : nec ſi pater ſit vel filius, aut frater aut
Deut. 13,6,8. domeſticus. *Non* enim, inquit, *parcat oculus tuus ſuper*
Pſalm. 138.(al. 139) 21. *eum.* Qui ergo *odio habent Deum,* oportet etiam vos *eos odire, & ſuper inimicos ejus tabeſcere.* Non quidem nos perſequi eos aut percutere o-
1 Theſ. 4. 5. portet, ſecundum *Gentes, quæ non noverunt Deum* : ſed inimicos arbitrari, & ſeparari ab eis, & monere eos, & ad pœnitentiam provocare ; ſi forte audient & adquieſcant. Amator enim hominum eſt
1 Tim. 2,4. Deus noſter ; & *vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Pro-
Matth. 5, 45. pter quod & *Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.*

κατακριθήσεται. οὔτε γὰρ εὐσεβῶν ἀφίστασθαι χρὴ, οὔτε τοῖς δυσσεβέσι συγκεῖσθαι δεῖ. εἴ τις ἐν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ περιπατεῖ, οὗτος οὐκ ἔστι Χριστοῦ, οὔτε τοῦ πάθους αὐτοῦ κοινωνός· ἀλλ' ἔστιν ἀλώπηξ, φθορεὺς ἀμπελῶνος Χριστοῦ. τῷ τοιούτῳ μὴ συναναμίγνυσθε, ἵνα μὴ συναπόλησθε αὐτῷ· κἂν πατὴρ ᾖ, κἂν υἱός, κἂν ἀδελφὸς, κἂν οἰκεῖος· οὐ φείσεται γάρ σου, φησὶν, ὁ ὀφθαλμὸς ἐπ' αὐτῷ. Τοὺς μισοῦντας οὖν τὸν Θεὸν, μισεῖν χρὴ καὶ ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ ἐκτήκεσθαι· οὐ μὴν δὲ τύπτειν αὐτοὺς ἢ διώκειν, καθὼς τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Κύριον καὶ Θεόν· ἀλλ' ἐχθροὺς μὲν ἡγεῖσθαι, καὶ χωρίζεσθαι ἀπ' αὐτῶν· νουθετεῖν δὲ αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ μετάνοιαν παρακαλεῖν, ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα ἐνδῶσι. Φιλάνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· διὸ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει τὸν ὑετὸν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους·

οὗ τ

οὗ τῆς χρηστότητος θέλων καὶ ὑμᾶς εἶναι μιμητὰς ὁ Κύριος, λέγει, Γίνεσθε τέλειοι, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν.

Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε· διὸ καὶ θαῤῥῶν γράφω τῇ ἀξιοθέῳ ἀγάπῃ ὑμῶν, παρακαλῶν ὑμᾶς, μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ κηρύγματι, καὶ μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι· μία γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἓν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν· εἷς καὶ ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη· ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἷς ἐπίσκοπος, ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ τοῖς διακόνοις τοῖς συνδούλοις μου· ἐπείπερ καὶ εἷς ἀγέννητος, ὁ θεὸς καὶ πατήρ· καὶ εἷς μονογενὴς υἱὸς, θεὸς λόγος καὶ ἄνθρωπος· καὶ εἷς ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ἓν δὲ καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ ἡ πίστις μία, καὶ τὸ βάπτισμα ἓν, καὶ μία ἡ ἐκκλησία, ἣν ἱδρύσαντο οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, ἐν τῷ αἵματι τοῦ

Cujus utilitatis etiam nos Dominus volens eſſe imitatores, dicit : *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Matt. 5. 48.

Ego confido de vobis in Domino, quia nihil aliud ſapietis. Propterea fiducialiter ſcribo Deo dignæ dilectioni veſtræ : rogans vos ut inſtetis uni fidei, uni prædicationi; una gratiarum actione utentes. Vna enim eſt caro Domini Ieſu, & unus ejus ſanguis qui pro nobis effuſus eſt, unus etiam Panis pro omnibus confractus, & unus calix totius Eccleſiæ : & unus Epiſcopus, ſimul cum omni Presbyterio, & Diaconis conſervis meis. Quia & unus eſt ingenitus Deus Pater, & unus unigenitus filius Deus Verbum & homo, & unus Paracletus ſpiritus veritatis. Vna etiam prædicatio, & *fides una, & unum Baptiſma,* & una Eccleſia; quam fundaverunt ſancti Apoſtoli, à finibus uſque ad fines, in ſanguine Chriſti Epheſ. 4. 5.

Chriſti propriis ſudoribus, & laboribus. Et vos ergo oportet, ſicut *populum ſacerdotalem, & gentem ſanctam*, in concordiam omnes in Chriſto conſummari. 1 Pet. 2, 9.

Mulieres vero viris veſtris ſubditæ eſtote in timore Dei: Virgines Chriſto in incorruptione, non execrantes nuptias ſed meliora diligentes; non in criminatione cōtagii, ſed propter legis meditationem. Filii, ſubditi eſtote parētibus veſtris: & diligite eos, tanquam cooperarios Dei ad veſtram generationem. Servi, ſubditi eſtote Dominis veſtris in Deo; ut Chriſti liberti efficiamini. Viri, diligite uxores veſtras, ſicut conſervas in Deo, ut proprium corpus; ſicut ſocias vitæ, & cooperatrices ad filiorum procreationem.

Virgines, ſolum Chriſtum præ oculis habete, & ejus Patrem in animabus veſtris, illuminatæ à ſpiritu ſancto. Memor ſum ſanctitatis veſtræ, ſicut *Heliæ*, ſicut *Ieſu Nave*, ſicut *Melchiſedech*, ſicut

Χριστοῦ, οἰκείοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις. Καὶ ὑμᾶς οὖν χρὴ, ὡς λαὸν περιούσιον, καὶ ἔθνος ἅγιον, ἐν ὁμονοίᾳ πάντα ἐν Χριστῷ ἐπιτελεῖν.

Αἱ γυναῖκες, τοῖς ἀνδράσιν ὑποτάγητε ἐν φόβῳ Θεοῦ· αἱ παρθένοι, τῷ Χριστῷ ἐν ἀφθαρσίᾳ, οὐ βδελυσσόμεναι γάμον, ἀλλὰ τοῦ κρείσσονος ἐφιέμεναι, οὐκ ἐπὶ διαβολῇ συναφείας, ἀλλ' ἕνεκα τῆς τοῦ νόμου μελέτης. Τὰ τέκνα, πειθαρχεῖτε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν, καὶ στέργετε αὐτοὺς, ὡς συνεργοὺς Θεοῦ εἰς τὴν ὑμετέραν γέννησιν. Οἱ δοῦλοι, ὑποτάγητε τοῖς κυρίοις ἐν Θεῷ, ἵνα Χριστοῦ ἀπελεύθεροι γένησθε. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ὑμῶν, ὡς ὁμοδούλους Θεοῦ, ὡς οἰκεῖον σῶμα, ὡς κοινωνοὺς βίου, καὶ συνεργοὺς τεκνογονίας.

Αἱ παρθένοι, μόνον τὸν Χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε, καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐν ταῖς εὐχαῖς, φωτιζόμεναι ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἁγιωσύνης, ὡς Ἡλία, ὡς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς

Ἐλισσαίου, ὡς Ἱερεμίου, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὡς τοῦ ἠγαπημένου μαθητοῦ, ὡς Τιμοθέου, ὡς Τίτου, ὡς Εὐοδίου, ὡς Κλήμεντος, τῶν ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον. οὐ ψέγω δὲ τοὺς λοιποὺς μακαρίους, ὅτι γάμοις προσωμίλησαν, ὧν ἐμνήσθην ἄρτι· εὔχομαι γὰρ ἄξιος Θεοῦ εὑρεθεὶς, πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ὡς Ἰωσὴφ, καὶ Ἡσαΐου, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν· ὡς Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, τῶν γάμοις προσομιλησάντων· οὐχ ὑπὸ προθυμίας τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐννοίας ἑαυτῶν τοῦ γένους ἔχον ἐκείνους.

Οἱ πατέρες, ἐκτρέφετε τοὺς ἑαυτῶν παῖδας ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου· καὶ διδάσκετε αὐτοὺς τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ τέχνας πρὸς τὸ μὴ ἀργίᾳ χαίρειν. Καλῶς δὲ, φησὶν, ἐκτρέφει πατὴρ δίκαιος, ἐπὶ υἱῷ συνετῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ. Οἱ κύριοι, εὐμενῶς τοῖς οἰκέταις προσέχετε, ὡς ὁ ἅγιος Ἰὼβ ἐδίδαξε·

Heliſæi, ſicut *Hieremiæ*, ſicut *Iohannis Baptiſtæ*, ſicut dilectiſſimi diſcipuli, ſicut *Timothei*, ſicut *Titi*, ſicut *Euodii*, ſicut *Clementis*; vel eorum qui in caſtitate de vita exierunt. Non detraho autem cæteris beatis qui nuptiis copulati fuerunt; quorum nunc memini. Opto enim Deo dignus ad veſtigia eorum in regno ipſius inveniri; ſicut *Abraham* & *Iſaac* & *Iacob*, ſicut *Ioſeph* & *Iſaias* & cæteri Prophetæ, ſicut *Petrus* & *Paulus*, & reliqui Apoſtoli, qui nuptiis fuerunt ſociati: qui non libidinis cauſa, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratia, conjuges habuerunt.

Patres nutrite filios veſtros in eruditione & diſciplina Domini: Ephes. 6, 4. & docete eos ſacras litteras, & artes honeſtas; ut non otio gaudeant. *Bene enim*, inquit, *nutrit pater juſtus; in filio autem ſapientiæ lætabitur cor ejus.* Prover. 23, 24. Domini, benigne domeſticos veſtros intendite; ſicut ſanctus *Iob* docuit. Vna Iob. 31. 13. 15. enim

enim eſt natura, & unum genus hominum. In Chriſto au-
Gal. 3, 28. tem *neque ſervus eſt, neque liber.* Principes, ſubditi eſtote Cæſari; milites Principibus: Diaconi, Presbyteris & ſacerdotibus. Presbyteri vero & Diaconi atque omnis clerus, ſimul cum omni populo & militibus atque principibus, ſed & Cæſare, obediant Epiſcopo. Epiſcopus vero Chriſto; ſicut Chriſtus Patri: & ita unitas per omnia ſervatur. Sint autem viduæ non vagæ, neque guloſæ, neque protervæ, ſed pudicæ
Iudith. 8, 4, 6. & ſobriæ, ſicut *Iudith* & *Anna.*
Luc. 2, 36, 37. Hæc autem non ſicut Apo-
1 Sam. 18, 18. cum 2 Sam. 7, 18. ſtolus præcipio (*Quis enim ſum ego? aut quæ domus patris mei?* ut æqualem me illis di-
Phil. 2, 25. cam) ſed ſicut *commilito* veſter, obedientiæ ordinem continens.

Fratres mei, valde pronus ſum ad dilectionem veſtram, ſuperexultans de unanimitate veſtra. Moneo enim vos, non Ego; ſed Dominus Ieſus

μία γὰρ φύσις, καὶ ἓν τὸ γένος τῆς ἀνθρωπότητος· ἐν γὰρ Χριστῷ, οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος· Οἱ ἄρχοντες, πειθαρχείτωσαν τῷ Καίσαρι· οἱ στρατιῶται, τοῖς ἄρχουσιν· οἱ διάκονοι, τοῖς πρεσβυτέροις, ἀρχιερεῦσιν· οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ ὁ λοιπὸς κλῆρος, ἅμα παντὶ τῷ λαῷ, καὶ τοῖς στρατιώταις, καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ τῷ Καίσαρι, τῷ ἐπισκόπῳ· ὁ ἐπίσκοπος, τῷ Χριστῷ, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί. καὶ οὕτως ἡ ἑνότης διὰ πάντων σώζεται. Ἔστωσαν δὲ καὶ αἱ χῆραι, μὴ ῥεμβοὶ, μὴ λίχναι, μὴ περιτροχάδες, ἀλλ᾽ ὡς Ἰουδὶθ ἡ σεμνοτάτη, ὡς ἡ Ἄννα ἡ σωφρονεστάτη. Ταῦτα οὐχ ὡς ἀπόστολος διατάσσομαι (τίς γάρ εἰμι ἐγώ; ἢ τίς ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου; ἵνα ἰσότιμον ἐμαυτὸν ἐκείνων εἴπω) ἀλλ᾽ ὡς συστρατιώτης ὑμῶν, ὑποφωνητοῦ τάξιν ἐπέχων.

Ἀδελφοί μου, λίαν ἐκκέχυμαι ἀγαπῶν ὑμᾶς, καὶ ὑπεραγαλλόμενος, ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλὰ δι᾽ ἐμοῦ ὁ κύ-

ριος Ἰησοῦς, ἐν ᾧ δεδεμένος, φοβοῦμαι μᾶλλον. Ἔτι γάρ εἰμι ἀναπάρτιστος, ἀλλ' ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς Θεόν με ἀπαρτίσει, ἵνα ἐν ᾧ ἐκλήθην ἐπιτύχω, προσφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶ, ὡς Χριστὸν καταγγείλαντας, ὡς τοῦ αὐτοῦ πνεύματος μετασχόντας, οὗ καὶ οἱ ἀπόστολοι. Ὡς γὰρ οἱ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ ψευδαπόστολοι, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἵλκυσαν πονηρὸν καὶ ἀπατηλὸν καὶ λαοπλάνον πνεῦμα· οὕτω καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀγαθὸν, καὶ ἡγεμονικὸν, ἀληθές τε καὶ διδασκαλικὸν ἔλαβον παρὰ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. εἷς γὰρ ὁ θεὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης· εἷς ὁ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, εἴς τε δημιουργίαν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ πρόνοιαν πρόσφορον καὶ κατάλληλον. εἷς δὲ καὶ ὁ παράκλητος, ὁ ἐνεργήσας ἐν Μωσῇ, καὶ

pro me, in quo vinctus ſum. Adhuc magis timeo, quia nondum perfectus ſum: ſed oratio veſtra faciet me perfectum apud Deum, ut eum in quo vocatus ſum merear adipiſci; confugiens ad Euangelium tanquam ad corpus Ieſu Chriſti, & ad Apoſtolos tanquam ad Presbyterium Eccleſiæ. Et Prophetas quidem diligo, ut Chriſtum prænunciantes; continentes ejus ſpiritum, ſicut & Apoſtoli. Sicuti enim Pſeudoapoſtoli unum eundemq; malignum, & ſeductorem, & populum errare facientem ſpiritum aſſumpſerunt: ſic iterum veri prophetæ & veri Apoſtoli unum eundemque ſanctum, bonum, *principalem* & *verum atque doctorem* per Chriſtum acceperunt ſpiri-
tum. Vnus enim Deus vete- Pſal. 50. (al. 51.) 12.
ris & novi Teſtamenti; *Vnus*
& Mediator Dei & hominum; Ioann. 16, 13.
ad facturam intelligibilium cum 1 Ioan.
& ſenſibilium, & providen- 2. 27.
tiam gerens omnium. Vnus 1 Tim. 2. 5.
quoque & Paracletus, qui operabatur in Moyſe & Prophetis

phetis & Apoſtolis. Omnes enim ſancti in Chriſto ſalvati ſunt, in ipſum ſperantes, atque ipſum expectantes: & per ipſum ſalutem adepti ſunt. Qui erant digni dilectione, & digni laude, ſanctificati à Chriſto Ieſu, teſtificantes in Euangelio ſpei communis.

Si quis Deum legis & Prophetarum unum prædicaverit, Chriſtum autem negaverit filium eſſe Dei: *mendax* Ioann. 8, 44. eſt, quomodo & *Pater ejus Diabolus*; & eſt hujuſmodi inferioris circumciſionis Pſeudo-judæus. Si autẽ quis confitetur Chriſtum Ieſum Dominum, negat autem Deum Legis & Prophetarum patrem eſſe Chriſti: hic *in veritate non ſtat*, quomodo nec pater ejus *Diabolus*; & eſt hujuſmodi *Simonis Magi*, & non Spiritus ſancti, diſcipulus. Si quis autẽ dicit unum Deum, confiteturque Chriſtum Ieſum; hominem vero purum putans Dominum, & non Deum unigenitum, & ſapientiam & Verbum Dei, ſed ex

Ibid. (margin)

προφήταις, καὶ ἀποστόλοις. Πάντες οὖν οἱ ἅγιοι ἐν Χριστῷ ἐσώθησαν, ἐλπίσαντες εἰς αὐτὸν, καὶ αὐτὸν ἀναμείναντες· καὶ δι' αὐτοῦ σωτηρίας ἔτυχεν, ὄντες ἀξιαγάπητοι, καὶ ἀξιοθαύμαστοι ἅγιοι, ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένοι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος.

Ἐάν τις θεὸν νόμου καὶ προφητῶν κηρύττῃ ἕνα, Χριστὸν δὲ ἀρνῆται υἱὸν εἶναι Θεοῦ, ψεύστης ἐστὶν, ὡς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὁ διάβολος· καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος τῆς κάτω περιτομῆς, ψευδοϊουδαῖος. Ἐάν τις ὁμολογῇ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον, ἀρνῆται δὲ τὸν θεὸν τοῦ νόμου, καὶ τῶν προφητῶν, οὐκ εἶναι λέγων τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν πατέρα τοῦ Χριστοῦ, ὁ τοιοῦτος ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὡς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὁ διάβολος· καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος Σίμωνος τοῦ μάγου, ἀλλ' οὐ τοῦ ἁγίου πνεύματος, μαθητής. Ἐάν τις λέγῃ μὲν ἕνα Θεὸν, ὁμολογῇ δὲ καὶ Χριστὸν Ἰησοῦν, ψιλὸν δὲ ἄνθρωπον εἶναι νομίζῃ τὸν κύριον, οὐχὶ Θεὸν μονογενῆ, καὶ σοφίαν, καὶ λόγον Θεοῦ, ἀλλ' ἐκ

ψυχῆς καὶ σώματος αὐτὸν μόνον εἶναι νομίζῃ, ὁ τοιοῦτος ὄφις ἐστίν, ἀπάτην καὶ πλάνην κηρύττων ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων· καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πένης τὴν διάνοιαν, ὡς ἐπικαλεῖται Ἐβιών.

Ἐάν τις ταῦτα μὲν ὁμολογῇ, φθορὰν δὲ καὶ μολυσμὸν καλῇ τὴν νόμιμον μίξιν, καὶ τὴν τῶν παίδων γένεσιν, ἤ τινὰ τῶν βρωμάτων βδελυκτὰ, ὁ τοιοῦτος ἔνοικον ἔχει τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην. Ἐάν τις πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμολογῇ, καὶ τὴν κτίσιν ἐπαινῇ, δόκησιν δὲ λέγῃ τὴν ἐνσωμάτωσιν, καὶ τὸ πάθος ἐπαισχύνηται· ὁ τοιοῦτος ἤρνηται τὴν πίστιν, οὐχ ἧττον τῶν χριστοφόνων Ἰουδαίων. Ἐάν τις ταῦτα μὲν ὁμολογῇ, καὶ ὅτι θεὸς λόγος ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι κατῴκει, ὢν ἐν αὐτῷ ὁ λόγος, ὥσπερ καὶ ψυχὴ ἐν σώματι (διὰ τὸ ἔνοικον εἶναι θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ ἀνθρωπείαν ψυχὴν) λέγῃ δὲ τὰς παρανόμους μίξεις

anima & corpore eum ſolum eſſe exiſtimans: hujuſmodi ſerpens eſt ſeductor, errorem prædicans ad perditionem hominum; hujuſmodi pauper eſt ſenſu, ſicuti vocatur & adinventor ipſius erroris *Ebion*.

Si quis enim hæc confitetur, corruptionem vero & coinquinationem vocat legitimam mixtionem & filiorum procreationem, aut aliquam eſcam execrabilem putat: hujuſmodi cohabitatorem habet Draconem apoſtatam. Si quis enim Patrem & Filium & Spiritum ſanctum confitetur, & creaturam laudat; ſimulationem vero dicit incarnationem, & paſſionem erubeſcit confiteri: hujuſmodi fidem abnegat nihilo minus quam interfectores Chriſti Iudæi. Si quis autem hæc confeſſus fuerit, & quia Deus Verbum in humano corpore habitavit, ſicut & anima in corpore (propter quod inhabitare dicimus Deum in corpore, ſed non in humana anima) dicit autem quaſdam iniquas mixtiones

nes aliquid boni eſſe, & finem beatitudinis voluptatem ponit; qualis ille falſo nomine *Nicolaita*: hic neque Dei amicus, neque Chriſti amator eſſe poteſt, ſed corruptor propriæ carnis; & propterea à Spiritu ſancto deſertus eſt, & à Chriſto alienus.

Hujuſmodi omnes ſtatuæ ſunt exanimes, & ſepulchra mortuorum; in quibus ſcripta ſunt tantummodo nomina hominum defunctorum. Fugite ergo malas artes, & inſidias *ſpiritus, qui operatur in filiis* ſeculi hujus: ne quando tribulati infirmemini in dilectione: ſed omnes in idipſum eſtote inſeparabiles corde: & in unanimitate unum ſemper ſentientes in idipſum: de hoc ipſo glorificantes in requie, & in periculis, & in triſtitiis, & in gaudiis. Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum: quia bene mihi conſcius ſum in vobis, & non habet quis unde gloriari, neque abſconſe neque publice, quod gravaverim aliquem

Ephes. 2, 2.

ἀγαθόν τι εἶναι, καὶ τέλος εὐδαιμονίας ἡδονὴν τίθηται, οἷος ὁ ψευδώνυμος Νικολαΐτης, οὗτος, οὔτε φιλόθεος, οὔτε φιλόχριστος εἶναι δύναται, ἀλλὰ φθορεὺς τῆς οἰκείας σαρκὸς, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ἁγίου πνεύματος κενὸς, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἀλλότριος.

Οἱ τοιοῦτοι πάντες, στῆλαί εἰσι καὶ τάφοι νεκρῶν, ἐφ᾽ οἷς γέγραπται μόνον ὀνόματα νεκρῶν ἀνθρώπων. Φεύγετε οὖν τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου, μή ποτε οἱ θλιβέντες ἐξασθενήσητε ἐν τῇ ἀγάπῃ· ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ, καὶ ψυχῇ θελούσῃ, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες, πάντοτε τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν δοξάζοντες, ἔν τε ἀνέσει, καὶ κινδύνοις, καὶ ἐν λύπαις, καὶ ἐν χαρμοναῖς. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι εὐσυνείδητός εἰμι ἐν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἔχει τις καυχήσασθαι, οὔτε λάθρα, οὔτε φανερῶς, ὅτι ἐβάρησά τινα,

ἢ ἐν

ἢ ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ. Καὶ πᾶσιν ἐν οἷς ἐλάλησα, εὔχομαι ἵνα μὴ εἰς μαρτυρίαν αὐτὸ κτήσωνται.

Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα με ἠθέλησάν τινες πλανῆσαι, ἀλλὰ τὸ πνεῦμά μου οὐ πλανᾶται· παρὰ γὰρ Θεοῦ αὐτὸ εἴληφα· οἶδε γὰρ πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. ἐκραύγασα γὰρ μεταξὺ ὢν ἐλάλουν μεγάλῃ φωνῇ, οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ Θεοῦ. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ τοῖς διακόνοις. εἰ δὲ ὑποπτεύετέ με, ὡς προμαθόντα τὸν μερισμὸν τινῶν, λέγειν ταῦτα, μάρτυς μοι δι' ὃν δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ στόματος ἀνθρώπου οὐκ ἔγνων· τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυξέ μοι λέγον τάδε· χωρὶς ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε· τὴν ἕνωσιν ἀγαπᾶτε, τοὺς μερισμοὺς φεύγετε. Μιμηταὶ γίνεσθε Παύλου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, ὡς καὶ αὐτοὶ τοῦ Χριστοῦ.

Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν, ὡς ἄνθρωπος εἰς ἕνωσιν κατηρ-

aut in modico aut in magno. Et omnes quibus locutus ſum deprecor, ut non in teſtimonium illud poſſideant.

Si enim ſecundmm carnem me voluerunt quidam oberrare : ſed ſpiritus meus non oberrat. à Deo etenim eum accepi : novit enim *unde venerit & quo eat*, & occulta arguet. Clamavi enim voce magna inter eos quibus loquebar; non meum ſermonem, ſed Dei proferens : Epiſcopo intendente, & Presbyteris & Diaçonis. Hi vero deſpexerunt me, tanquam prohibentem diviſionē quorundam fieri. Hæç autem dicenti teſtis eſt mihi propter quem vinctus ſum, quia de ore humano hoc non cognovi : ſed ſpiritus mihi præconizavit, dicens : *Præter Epiſcopum ne feceritis. Carnem veſtram, ſicut templum Dei, ſervate. Vnitatem diligite : diviſionem fugite. Imitatores eſtote Pauli & cæterorum Apoſtolorum ; quomodo & ipſi Chriſti.*

Ioan. 3, 8.

1 Cor. 11, 1.

Ego quidem quod meum fuit feci, ut homo in unitate per-

perfectus : adjiciens etiam hoc, quia ubi diſſenſio mentis & iracundia & odium, illic Deus non habitat. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit Deus ; ſi ad unitatem Chriſti concurrerint, & ad conſenſum Epiſcopi. Credo gratiæ Ieſu Chriſti, quia ſolvit à nobis omne vinculum injuſtitiæ. Rogo autem vos, ut nihil ſecundum irritationem agatis ; ſed ſecundum Chriſti dimicationem. Audivi enim quoſdam dicentes: Si non invenero Euangelium in antiquis, non credam. Talibus autem ego dico : quia mihi antiquitas Ieſus Chriſtus eſt : cui non obedire, manifeſtus & irremiſſibilis interitus eſt. Principatus ejus eſt crux & mors ipſius, & reſurrectio, & fides in omnibus his : in quibus volo vos in orationibus veſtris juſtificari. Qui non credit Euangelio, omnibus ſimul non credit : quia non præjudicatur antiquitati ſpiritus. *Durum eſt* enim *contra ſtimulum calcitrare* : durum etiam Chri-

Act. 9, 5. & 26. 14

τισμένος· ἐπιλέγων καὶ τοῦτο, ὅτι οὗ διάστασις γνώμης, καὶ ὀργὴ, καὶ μῖσος, ἐκεῖ Θεὸς οὐ κατοικεῖ. Πᾶσιν οὖν τοῖς μετανοοῦσιν ἀφίησιν ὁ Θεὸς, ἐὰν συνδράμωσιν εἰς ἑνότητα Χριστοῦ, καὶ συνεδρείαν τοῦ ἐπισκόπου. πιστεύω τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι λύσει ἀφ᾽ ὑμῶν πάντα σύνδεσμον ἀδικίας. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς· μηδὲν κατ᾽ ἐριθείαν πράσσετε, ἀλλὰ κατὰ χριστομάθειαν· ἤκουσα γάρ τινων λεγόντων, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχείοις εὕρω τὸ εὐαγγέλιον, οὐ πιστεύω· τοῖς δὲ τοιούτοις ἐγὼ λέγω, ὅτι ἐμοὶ ἀρχεῖά ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὗ παρακοῦσαι, πρόδηλος ὄλεθρος. αὐθεντικόν μοι ἐστὶν ἀρχεῖον ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ περὶ τούτων· ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι. Ὁ ἀπιστῶν τῷ εὐαγγελίῳ, πᾶσιν ὁμοῦ ἀπιστεῖ· οὐ γὰρ προκρίνεται τὰ ἀρχεῖα τοῦ πνεύματος. σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν, σκληρὸν τὸ Χρι-

τῷ ἀπιστεῖν, σκληρὸν τὸ ἀθετεῖν τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων.

Καλοὶ μὲν οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ τοῦ λόγου διάκονοι· κρείσσων δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὃς μόνος πεπίστευται τὰ κρυπτὰ τοῦ Θεοῦ· καλαὶ αἱ λειτουργικαὶ τοῦ Θεοῦ δυνάμεις. Ἅγιος δὲ ὁ παράκλητος, καὶ ἅγιος ὁ Λόγος, ὁ τοῦ Πατρὸς υἱὸς, δι' οὗ ὁ πατὴρ τὰ πάντα πεποίηκε, καὶ τῶν ὅλων προνοεῖ· οὗτός ἐστιν ἡ πρὸς τὸν Πατέρα ἄγουσα ὁδὸς, ἡ πέτρα, ὁ φραγμὸς, ἡ κλεὶς, ὁ ποιμὴν, τὸ ἱερεῖον, ἡ θύρα τῆς γνώσεως, δι' ἧς εἰσῆλθον Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Μωσῆς, καὶ ὁ σύμπας τῶν προφητῶν χορὸς, καὶ οἱ στῦλοι τοῦ κόσμου οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ νύμφη τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ ἧς (φερνῆς λόγῳ) ἐξέχεε τὸ οἰκεῖον αἷμα, ἵνα αὐτὴν ἐξαγοράσῃ. Πάντα ταῦτα εἰς ἑνότητα τοῦ ἑνὸς, καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ. ἐξαίρετον δέ τι ἔχει τὸ

ſto non credere; durum quoque prædicationem Apoſtolorum ſpernere.

Boni enim ſunt ſacerdotes, & ſermonis miniſtri: melior autem eſt Pontifex, cui credita ſunt ſancta ſanctorum; cui ſoli commiſſa ſunt ſecreta Dei. Bona ſunt etiam officia virtutis Dei: bonus quoque Spiritus ſanctus; qui eſt ſuper omnia ſancta ſanctiſſimus, & verbi miniſter. Sed [ſuper omnes ſanctos ſanctiſſimus eſt ſummus Pontifex, & Princeps Pontificum; qui eſt legatus & miniſter Patris, & princeps legionum militiæ cœleſtis:] *per* Heb. 1, 2.
quem Pater omnia fecit, atque omnem providentiam gerit. Ipſe eſt *via quæ ducit ad Pa-* Ioann. 14, 6.
trem; ipſe petra, maceria, clavis, *paſtor*, ſacerdotium, *Ianua* ſcientiæ & agnitionis: per quam introiit *Abraham* & Ioann. 10, 1 & 9.
Iſaac & *Iacob*, Moyſes quoque & omnis chorus Prophetarum, & columnæ mundi Apoſtoli, & ſponſa Domini Eccleſia; pro qua ſanguinem ſuum fudit, ut eam redimeret. Omnia igitur hæc in unitate unius, & unigeniti veri Dei. Quid autem præcipuum habet

Euan-

Euangelium? Præſentiam adventus Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, paſſionem; ſed & ipſam reſurrectionem. Quæ enim Prophetæ annunciaverunt, dicentes; *Donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium:* hæc in Euangelio completa ſunt, dicente Domino; *Pergite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Omnia ergo ſimul bona ſunt: Lex, Prophetæ, Apoſtoli, omnis congregatio quæ per ipſos credidit. Solum autem reſtat, ut nos invicem diligamus.

Geneſ. 49, 10.

Matth. 28, 19.

Quoniam ſecundum orationem veſtram & viſcera quæ habetis in Domino Ieſu, annunciatum eſt mihi pacificare Eccleſiam quæ eſt in *Antiochia Syriæ*: decet vos, tanquam Eccleſiam Dei, ordinare Epiſcopum * ad mittendum illuc viſitationem Dei; concedere eis in idipſum conſtitutis glorificare nomen Dei. Beatus eſt in Chriſto Ieſu, qui dignus effectus fuerit tali miniſterio,

* al. viſitandũ illic.

εὐαγγέλιον; τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ πάθος, αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν· ἃ γὰρ οἱ προφῆται κατήγγελον, λέγοντες, Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, ταῦτα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πεπλήρωται· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Πάντα οὖν ὁμοῦ καλὰ, ὁ νόμος, οἱ προφῆται, οἱ ἀπόστολοι, τὸ πᾶν συνάθροισμα τὸ δι' αὐτῶν πιστεῦσαν· μόνον ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους.

Ἐπειδὴ κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, καὶ τὰ σπλάγχνα ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀπηγγέλη μοι εἰρηνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. πρέπον ἐστὶν ὑμῖν, ὡς ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον, εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχωρηθῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενομένοις καὶ δοξάσαι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Μακάριος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς κατηξιώθη τῆς τοιαύτης διακονίας.

κονίας. καὶ ὑμεῖς δὲ σπουδάσαντες, ἐν Χριστῷ δοξασθήσεσθε. θέλουσι δὲ ὑμῖν, οὐ πᾶσιν ἀδύνατον, ὑπὲρ ὀνόματος Θεοῦ, ὡς καὶ ἀεὶ αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ἐπισκόπους· αἱ δὲ, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους.

Περὶ δὲ Φίλωνος τοῦ διακόνου, ἀνδρὸς ἀπὸ Κιλικίας μεμαρτυρημένου, ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ ὑπηρετεῖ μοι, ἅμα Γαΐῳ καὶ Ἀγαθόποδι, ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ, ἀποταξάμενοι τῷ βίῳ, οἳ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν. κἀγὼ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ περὶ ὑμῶν, ὑπὲρ ὧν ἐδέξασθε αὐτούς· προσδέξεται καὶ ὑμᾶς ὁ Κύριος. εἰ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς, λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μὴ βουλομένου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούργου, πεμφθέντος ἅμα ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων, εἰς λόγον τιμῆς· οὓς ἀμείψεται ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς ὃν ἐλπίζουσι

& vos quidem feſtinantes, glorificamini in Chriſto. Volunt autem vobis (quod non eſt omnibus impoſſibile) pro nomine Dei (quomodo & ſemper vicinæ Eccleſiæ conſueverunt) mittere nobis Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos.

De *Philone* vero Diacono, viro religioſo à *Cilicia*, qui nunc mihi in verbo Dei miniſtrat una cum *Gaio* & *Agathopo* viro electo (qui à *Syria* me ſequitur) teſtificor vobis: quia renunciaverunt ſeculo, & martyrium perpetrare aſſumpſerunt. Et ego gratias ago Deo pro vobis: rogans ut ſuſcipiatis eos in Domino; ut & vos ſuſcipiat Ieſus Chriſtus. Qui enim eos diffamaverunt, redempti ſunt in gratia Ieſu Chriſti; qui *non vult* Ezech. 33, 10.
mortem peccatoris, *ſed pænitentiam*. 2 Petr. 3, 9. Salutat vos dilectio fratrum qui ſunt in *Troia*: unde ſcribo vobis per *Burgum*, qui miſſus eſt ſimul ab *Epheſiis* & *Smyrnæis*, ad verbum honoris: quos redimet Dominus Ieſus Chriſtus, in quem ſperant

carne

carne & anima, ſpiritu & fide, dilectione & concordia. Incolumes eſtote in Domino Ieſu Chriſto, communi ſpe noſtra, in Spiritu Sancto.

σαρκὶ, ψυχῇ, πνεύματι, πίστει, ἀγάπῃ, ὁμονοίᾳ. Ἔῤῥωσθε ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν, ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

EIVSDEM EPISTOLA AD SMYRNENSES.

ex Troja.

Ignatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei Patris altiſsimi & dilectiſsimi filii ejus Ieſu Chriſti, miſericordiam conſecutæ, & gratia repletæ, in fide & dilectione fundatæ, & totius gratiæ Deo decentiſsimæ, ſanctificatæ, quæ eſt in Smyrna, immaculatæ ſpiritu & verbo Dei; plurimam ſalutem.

GLorifico Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui per ſeipſum vos tantum illuminavit. Agnovi enim vos per-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς ὑψίστου καὶ τοῦ ἠγαπημένου υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἠλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληροφορημένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

Δοξάζω τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν δι' αὐτοῦ οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς

κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἑδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ· πεπληροφορημένους, ὡς ἀληθῶς, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν μονογενῆ υἱὸν, ὄντα τε ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ᾽ αὐτοῦ· πολιτευσάμενον ὁσίως ἄνευ ἁμαρτίας, καὶ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου, καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκὶ ἀληθῶς· ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν, ἀπὸ τοῦ θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας, διὰ τῆς ἀναστάσεως, εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

fectos eſſe in fide immobili; tanquam clavis affixos cruci Domini Ieſu Chriſti, carne & ſpiritu: & confirmatos in charitate in ſanguine Chriſti: & vere ad plenum inſtructos in Domino noſtro Ieſu Chriſto filio Dei, *primogenito totius naturæ*: Deo verbo: unigenito filio, *qui eſt ex genere David ſecundum carnem*, & ex *Maria* virgine: baptizatus à *Iohanne*, *ut adimpleretur in eo omnis juſtitia.* Qui converſatus ſancte ſine peccato, ſub *Pontio Pilato*, & *Herode* Tetrarcha, vere clavis confixus eſt pro nobis in carne: à quo & nos ſumus, à divina & beata ejus paſſione; ut tollat ſecum ſibi conjunctos in ſecula ad ſanctos & fideles ſuos, ſive ad Iudæos ſive ad Gentes, in unum corpus Eccleſiæ ſuæ.

Coloſſ. 1, 15.
Rom. 1, 3.
Matth. 3, 15.

Hæc enim omnia paſſus eſt pro nobis. Et vere paſſus eſt (non putative, ſed vere) ſicuti & reſurrexit. Sed non ſicut quidam infidelium (erubeſcen-

Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθε δι᾽ ἡμᾶς· καὶ ἀληθῶς ἔπαθε, καὶ οὐ δοκήσει, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστη· ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ τινὲς τῶν ἀπίστων (ἐπαι-

beſcentes plaſmationem hominis, & crucem, & ipſam mortem) dicunt; quaſi putative & non vere ſuſcepit corpus ex virgine, & putative paſſus eſt: immemores illius
Ioann. 1, 14. qui dixit; *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Et
Ioan. 2, 19. iterum; *Solvite templum hoc, & ego in triduo reſuſcitabo illud.*
Ioann. 12, 32. Et in alio loco; *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Ergo Verbum in
Prov. 9, 1. carne habitavit. *Sapientia enim ædificavit ſibi domum.* Verbum ergo templum ſuiipſius, ab adverſariis reſolutum, reſuſcitavit tertia die. Verbum utique exaltata carne ſua,
Num. 21, 9. cum Ioan. 3, 14. velut illo *æneo ſerpente in eremo*, omnes attraxit ad ſe ad ſalutem æternam.

Ego autem non ſolum natum eum & crucifixum in corpore factum ſcio; ſed etiam poſt reſurrectionem in carne eum novi, & credo eſſe. Et quando ad eos qui cum *Petro* erant venit, ait illis; *Palpate me, & videte, quia non ſum dæmonium incorporeum.*

χωνόμενοι τὴν τοῦ ἀνθρώπου πλάσιν, καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον) λέγουσιν, ὅτι δοκήσει, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ ἀνείληφε τὸ ἐκ τῆς παρθένου σῶμα, καὶ τῷ δοκεῖν πέπονθεν· ἐπιλαθόμενοι τοῦ εἰπόντος, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· καὶ, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερῶ αὐτόν· καὶ, Ἐὰν ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Οὐκοῦν ὁ Λόγος ἐν σαρκὶ ᾤκησεν· ἡ σοφία γὰρ ἑαυτῇ ᾠκοδόμησεν οἶκον. Ὁ Λόγος τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, λυθέντα ὑπὸ τῶν χριστομάχων Ἰουδαίων, ἀνέστησε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ὁ Λόγος, ὑψωθείσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, κατὰ τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ χαλκοῦν ὄφιν, πάντας εἵλκυσε πρὸς ἑαυτὸν εἰς σωτηρίαν αἰώνιον.

Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐν τῷ γεννᾶσθαι καὶ σταυροῦσθαι γινώσκω αὐτὸν ἐν σώματι γεγονέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· Λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον·

πνεῦμα

πνεῦμα γὰρ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. καὶ τῷ Θωμᾷ λέγει· Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ εὐθὺς ἐπίστευσαν, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός. Διὸ καὶ Θωμᾶς φησὶν αὐτῷ· Ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν· μικρὸν γὰρ εἰπεῖν, ὕβρεων καὶ πληγῶν.

Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ ἐπιδεῖξαι ἑαυτὸν αὐτοῖς, ὅτι ἀληθῶς ἀλλ' οὐ τῷ δοκεῖν ἐγήγερται, καὶ συνέφαγεν αὐτοῖς, καὶ συνέπιεν, ἄχρις ἡμερῶν ὅλων τεσσαράκοντα· καὶ οὕτω σὺν τῇ σαρκὶ, βλεπόντων αὐτῶν, ἀνελήφθη πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν, σὺν αὐτῇ πάλιν ἐρχόμενος μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως. Φασὶ γὰρ τὰ λόγια, Οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Εἰ δὲ ἄνευ σώματός φασιν

Spiritus enim carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Luc. 24. 39.
Et *Thomæ* dicit: *Injice digitum tuum* in fixuram clavorum, *& affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Ioann. 20, 27.
Et ſtatim crediderunt, quia ipſe erat Chriſtus. Propter quod & *Thomas* ait illi, *Deus meus, & Dominus meus.* Ioann. 20, 28.
Propterea ergo mortem contempſerunt: parum dicentes eſſe, injurias & plagas & alia nonnulla propter ipſum ſuſtinere.

Nam & poſtquam *oſtendit ſe eis*, quia vere & non putative reſurrexiſſet: *manducavit cum eis & bibit per dies quadraginta*; & ſic, videntibus eis, Act. 1, 3. & 10, 41.
aſſumptus eſt cum carne ad eum qui miſerat illum. In qua & iterum venturus eſt cum gloria & virtute: ſecundum quod dictum eſt ab Angelis ad Apoſtolos: *Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum.* Act. 1, 11.
Si ergo ſine corpore dicunt

cunt eum venturum eſſe in conſummatione ſeculi: quomodo *viſuri ſunt eum illi, qui compunxerunt in eum*; & cognoſcentes, *plangent* inter ſe? Nam incorporalium neque ſpecies, neque figura, ſed neque effigies quidem aliqua animalis formæ haberi poterit, in qua fixura clavorum vel lanceæ foramen appareat, propter ſimplicitatem naturæ.

Zachar. 12, 10. & Apocal. 1, 7.

Hæc autem moneo vos, chariſſimi, ſciens quia vos ſic habetis. Præcuſtodio autem vos à beſtiis hominum figuras habentibus: quas non ſolum devitare, ſed & jam fugere vos oportet. Tantum orate pro illis; ut forte pœniteant. Si enim putative in corpore fuit Dominus, & putative crucifixus eſt: ergo & putative ei vinctus ſum. Quare autem & meipſum tradidi ad mortem, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed non putative, ſed vere omnia ſuſtineo propter Chriſtum, ad compatiendum ei; ipſo me confortante: quia non eſt mihi tanta virtus. Quem profecto quidam

ἔρχεσθαι ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, πῶς αὐτὸν καὶ ὄψονται οἱ ἐκκεντήσαντες, καὶ ἐπιγνόντες κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς; ἀσωμάτων γὰρ οὔτε εἶδος, οὔτε χαρακτήρ ἐστιν, ἢ σχῆμα ζώου μορφὴν ἔχοντος, διὰ τὸ ἁπλοῦν τῆς φύσεως.

Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, ἃ οὐ μόνον ἀποστρέφεσθαι χρὴ, ἀλλὰ καὶ φεύγειν· μόνον δὲ προσεύχεσθε ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν· εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ἐν σώματι γέγονεν ὁ Κύριος, καὶ τῷ δοκεῖν ἐσταυρώθη, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι· τί δὲ καὶ ἐμαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; ἀλλ' οὐ τῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάντα ὑπομένω διὰ Χριστὸν, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος· οὐ γάρ μοι τοσοῦτον σθένος· ὃν τινὲς ἀγνοοῦντες, ἠρ-

νήσαντο, καὶ συνηγοροῦσι τῷ ψεύδει μᾶλλον ἢ τῇ ἀληθείᾳ· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι, οὐδ᾽ ὁ νόμος ὁ Μωσέως, ἀλλ᾽ οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τὰ κατ᾽ ἄνδρα παθήματα· καὶ γὰρ περὶ ὑμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσι· τί γὰρ ὠφελεῖ, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ τις, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον θεόν· ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται, ὢν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν ὄντα ἄπιστα, νῦν οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι· μηδὲ γένοιτό με αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν.

Μηδεὶς πλανάσθω. ἐὰν μὴ πιστεύσῃ Χριστὸν Ἰησοῦν ἐν σαρκὶ πεπολιτεῦσθαι, καὶ ὁμολογήσῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὸ αἷμα ὃ ἐξέχεεν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας, οὐ τῆς ζωῆς αἰωνίου τεύξεται, κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν ἱερεὺς, κἂν ἄρχων, κἂν ἰδιώτης, κἂν δεσπότης ἢ δοῦλος,

ignorantes, negaverint; & conſentiunt magis mendacio quam veritati. Quos non perſuaſerunt Prophetæ, neque lex Moyſi; ſed nec nunc uſque Euangelium, nec noſtræ ſpeciales paſſiones. Nam & de nobis hoc ipſum ſentiunt. Quid enim me juvat, ſi me quis laudaverit, Dominum autem meum blaſphemaverit; ſi non eum confeſſus fuerit incarnatum eſſe Deum? Hoc autem qui non dixerit, perfecte eum negat, ſicut mortuum bajulans. Nomina vero eorum infidelia non eſt mihi nunc viſum ſcribere: ſed neque contingat mihi ut mentionem eorum faciam, donec pœniteant.

Nemo ſeipum ſeducat. Si enim non crediderit Ieſum Chriſtum in carne fuiſſe converſatum; & confeſſus fuerit crucem ejus, & paſſionem, & ſanguinem quem effudit pro mundi ſalute: vitam æternam non conſequetur; ſive Rex fuerit ſive ſacerdos, ſeu Princeps ſeu privatus, ſeu Dominus ſive ſervus, ſeu vir ſive

Matth. 19, 12, & 13, 43. ſive mulier. *Qui capit capiat: & qui audit audiat.*

Locus ergo, & dignitas, atque divitiæ neminem inflent: ignobilitas & paupertas nullum humiliet: ſed cum his omnibus fides ſit in Deum & in Chriſtum, & ſpes fruitionis futurorum bonorum, cum dilectione quæ eſt circa Deum & circa pro-

Luc. 10, 27. ximum. *Diliges* enim *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; & proximum tuum ſicut teipſum.* Sed & Dominus di-

Ioann. 17, 3. cit: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Ioann. 22, 40. & illud Iohannis: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis in-*

Matth. 22, 40. *vicem. In his* enim *duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ.*

Diſcite ergo eos qui taliter docent, quomodo legem ponunt, incognitum eſſe Patrem Chriſti prædicantes; quomodo etiam infidelem inimicitiam cum invicem habent. Dilectionem enim futurorum negligunt, præſentia diſſimulant, quæ ventura

ἡ γυνή. Ὁ χωρῶν χωρείτω, ὁ ἀκούων ἀκουέτω.

Τόπος, καὶ ἀξίωμα, καὶ πλοῦτος, μηδένα φυσιούτω· ἀδοξία, καὶ πενία, μηδένα ταπεινούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ, πίστις ἡ εἰς Θεὸν, καὶ ἡ εἰς Χριστὸν ἐλπὶς, ἡ τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις, ἀγάπη τε περὶ τὸν Θεὸν καὶ τὸν ὁμόφυλον· ἀγαπήσεις γὰρ κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· καὶ ὁ Κύριος φησὶν, αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, τὸ γινώσκειν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς, ὅλος ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.

Καταμάθετε οὖν τοὺς ἑτεροδοξοῦντας, πῶς νομοθετοῦσιν ἄγνωστον εἶναι τὸν πατέρα τοῦ Χριστοῦ· πῶς ἄπιστον ἔχθραν μετ' ἀλλήλων ἔχουσιν. ἀγάπης αὐτοῖς οὐ μέλει, τῶν προσδοκωμένων ἀλογοῦσι, τὰ παρόντα ὡς

ἑστῶτα λογίζονται, τὰς ἐντολὰς παρορῶσι, χήραν καὶ ὀρφανὸν περιορῶσι, θλιβόμενον διαπτύουσι, δεδεμένον γελῶσι, τὸν σταυρὸν ἐπαισχύνονται, τὸ πάθος χλευάζουσι, τὴν ἀνάστασιν κωμῳδοῦσιν· ἔγγονοί εἰσι τοῦ ἀρχεκάκου πνεύματος, τοῦ τὸν Ἀδὰμ διὰ τῆς γυναικὸς τῆς ἐντολῆς ἐξώσαντος, τοῦ τὸν Ἄβελ διὰ τοῦ Κάϊν ἀποκτείναντος, τοῦ τῷ Ἰὼβ ἐπιστρατευσαμένου, τοῦ κατηγοροῦντος Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἐξαιτησαμένου σινιασθῆναι τῶν ἀποστόλων τὴν πίστιν, τοῦ τὸ Ἰουδαϊκὸν πλῆθος ἐπεγείραντος τῷ Κυρίῳ, τοῦ καὶ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας· ὧν ῥύσεται ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ δεηθεὶς μὴ ἐκλείπειν τὴν πίστιν τῶν ἀποστόλων, οὐχ ὡς μὴ αὐταρκῶν φυλάξαι αὐτὴν, ἀλλ' ὡς χαίρων τῇ τοῦ Πατρὸς ὑπεροχῇ. Πρέπον οὖν ἐστιν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν μετ' αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ· προσέχειν τῷ νόμῳ, καὶ

ſunt tanquam præſentia eſſe putant, & tanquam ſomnium & phantaſiam exiſtimant: mandata contemnunt, viduam & orphanum deſpiciunt, tribulatum reſpuunt, vinctum derident, crucem erubeſcunt, paſſionem deludunt, reſurrectionem fruſtrant. Hujuſmodi omnes, nepotes ſunt illius inveterati malorum ſpiritus: qui & *Adam* per mulierem mandatum tranſgredi perſuaſit: qui & *Abel* per *Cain* occidit: qui Zachar. 3, 1.
& *Iob* decipere conatus eſt: qui & *Ieſu* filio *Ioſedech* reſiſtere tentavit: Luc. 22, 31.
qui & *Apoſtolorum* fidem ſubvertere voluit, & *Iudæorum* multitudinem adverſus Dominum ſuſcitavit: qui & *nunc operatur* Epheſ. 2, 2.
in filiis diffidentiæ: à quibus eruat nos Dominus Ieſus Chriſtus; qui patrem deprecatus eſt, *ut non deficeret fides* Luc. 22. 32.
Apoſtolorum: non quod non ſufficeret cuſtodire eam; ſed tanquam gaudens de Patris eminentia, ipſum pro eis deprecatus eſt. Dignum eſt ergo à talibus abſtinere, & neque

que proprium cum his, neque commune habere colloquium ; ſed intendere Legi & Prophetis , & euangelizantibus vobis ſalutare verbum. Nefandas vero hæreſes & ſchiſmata facientes fugite ; ſicut principatum malorum.

Omnes Epiſcopum ſequimini, ſicut Ieſus Chriſtus Patrem ; Presbyteros ſicut Apoſtolos : Diaconos autem veneramini, ſicut mandato Dei miniſtrantes. Nemo præter Epiſcopum aliquid agat eorum, quæ ad Eccleſiam pertinent. Firma Euchariſtia reputetur, quæ ab Epiſcopo conceſſa fuerit. Vbi Epiſcopus præſens fuerit, illuc & plebs congregetur: ſicuti & ubi Chriſtus eſt, omnis militia cœleſtis adeſt tanquam principi militiæ virtutis Domini, & ipſe eſt diſpenſator totius intelligibilis naturæ. Propterea non licet ſine Epiſcopo neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque miſſas celebrare : ſed ſi ei viſum fuerit ſecundum

προφήταις, καὶ τοῖς εὐαγγελισαμένοις ὑμῖν τὸν σωτήριον λόγον· τὰς δὲ δυσωνύμους αἱρέσεις, καὶ τοὺς τὰ σχίσματα ποιοῦντας, φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.

Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τῷ Πατρί· καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ δὲ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολὴν διακονοῦντας. Μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ὁ Χριστὸς, πᾶσα ἡ οὐράνιος στρατιὰ παρέστηκεν, ὡς ἀρχιστρατήγῳ τῆς δυνάμεως Κυρίου, καὶ διανομεῖ πάσης νοητῆς φύσεως. Οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκείνῳ δοκῇ κατ'

εὐαρέστησιν Θεοῦ, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ ἂν πράσσητε.

Εὔλογόν ἐστι λοιπὸν ἀνανῆψαι ἡμᾶς, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν εἰς Θεὸν μετανοεῖν· ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ οὐκ ἔστιν ὁ ἐξομολογούμενος· ἰδοὺ γὰρ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Τίμα, φησὶν, υἱὲ τὸν Θεὸν, καὶ βασιλέα· ἐγὼ δὲ φημὶ, τίμα μὲν τὸν Θεὸν, ὡς αἴτιον τῶν ὅλων καὶ κύριον· ἐπίσκοπον δὲ, ὡς ἀρχιερέα, Θεοῦ εἰκόνα φοροῦντα· κατὰ μὲν τὸ ἄρχειν, Θεοῦ, κατὰ δὲ τὸ ἱερατεύειν, Χριστοῦ. καὶ μετὰ τοῦτον, τιμᾶν χρὴ καὶ βασιλέα· οὔτε γὰρ Θεοῦ τις κρείττων, ἢ παραπλήσιος ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν· οὔτε δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπισκόπου τι μεῖζον ἱερωμένου Θεῷ ὑπὲρ τοῦ τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας· οὔτε βασιλέως τὶς παραπλήσιος ἐν ἄρχουσιν, εἰρήνην καὶ εὐνομίαν τοῖς ἀρχομένοις πρυτανεύοντος.

Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ

beneplacitum Dei, tunc demum tutum & firmum erit.

Ergo omnia quæcunque agitis & facitis jam, mutabilia ſunt : ut corrigamus nos in Deo, cum tempus habemus pœnitendi. Quod enim incertum eſt, non habet confeſſionem. *Ecce* enim *homo*, Pſal. 6. 5.
inquit, *& opera ejus coram eo.* Eſai. 62, 11.
Sicut ſcriptum eſt : *Honora*, Prover. 24, 21.
inquit, *fili Deum & Regem.* Ego autem dico, honorare quidem Deum, ut auctorem omnium & Dominum ; Epiſcopum autē tanquam principem ſacerdotum, imaginem Dei ferentem: principatum quidem ſecundum Deum ; ſacerdotium vero ſecundum Chriſtum. Et poſt hunc honorare oportet etiam Regem. Nemo enim potior eſt Deo, neque ſimilis ei : neque Epiſcopo in Eccleſia honorabilior, ſacerdotium Deo gerēti pro mundi ſalute. Neque regi quis ſimilis eſt in exercitu, pacem & benevolentiam omnibus principibus cogitanti.

Qui enim honoraverit Epiſco-

piſcopum, à Deo honorabitur: & qui dehonoraverit eum, à Deo damnabitur. Si enim quis contra Regem inſurgens damnatione dignus eſt: quomodo ille evádere ultionem poterit, qui præter Epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim ſumma eſt omnium bonorum quæ in hominibus conſtant: quod ſi quis dehonoraverit, Deum dehonorat, & Dominum
Coloſſ. 1, 15. Ieſum Chriſtum *primogenitum totius creaturæ*, & ſolum natura principem ſacerdotum Dei. Omnia bene vobis ordinate, quæ mandata ſunt in Chriſto. Laici Diaconis ſubditi ſint; Diaconi Presbytero: Presbyteri Epiſcopo; Epiſcopus Chriſto, ſicut ipſe Patri.

Secundum quod vos me refeciſtis, fratres; & vos Dominus Ieſus Chriſtus. Abſentem me & præſentem dilexiſtis: retribuet vobis Deus, propter quem tanta in vincto ejus oſtendiſtis. Et ſi qui-

Θεοῦ τιμηθήσεται. ὥσπερ οὖν ὁ ἀτιμάζων αὐτὸν, ὑπὸ Θεοῦ κολασθήσεται. εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπεγειρόμενος, κολάσεως ἄξιος δικαίως γενήσεται, ὥς γε παραλύων τὴν κοινὴν εὐνομίαν· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ ἄνευ ἐπισκόπου τι ποιεῖν προαιρούμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν διασπῶν, καὶ τὴν εὐταξίαν συγχέων; ἱερωσύνη γάρ ἐστι, τὸ πάντων ἀγαθῶν ἐν ἀνθρώποις ἀναβεβηκός· ἧς ὁ καταμανεὶς, οὐκ ἄνθρωπον ἀτιμάζει, ἀλλὰ Θεὸν, καὶ Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν πρωτότοκον καὶ μόνον τῇ φύσει τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα. Πάντα οὖν ὑμῖν μετ' εὐταξίας ἐπιτελείσθω ἐν Χριστῷ. οἱ λαϊκοὶ, τοῖς διακόνοις ὑποτασσέσθωσαν· οἱ διάκονοι, τοῖς πρεσβυτέροις· οἱ πρεσβύτεροι, τῷ ἐπισκόπῳ· ὁ ἐπίσκοπος, τῷ Χριστῷ, ὡς αὐτὸς τῷ Πατρί.

Καθό με ἀνεπαύσατε, ἀδελφοὶ, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς ὁ Χριστός. ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε· ἀμείψεται ὑμᾶς ὁ Θεὸς, δι' ὃν ταῦτα εἰς τὸν δέσμιον αὐτοῦ ἐνεδείξασθε. εἰ γὰρ καὶ

μὴ

μὴ εἰμὶ ἱκανὸς, ἀλλὰ τὸ τῆς προθυμίας ὑμῶν μέγα. ὁ τιμῶν γὰρ προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται. δῆλον, ὅτι καὶ ὁ τιμῶν δέσμιον Ἰησοῦ Χριστοῦ, μαρτύρων λήψεται μισθόν. Φίλωνα, καὶ Γάϊον, καὶ Ἀγαθόποδα, οἳ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, διάκονοι Χριστοῦ ὄντες, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι, ὡς διακόνους Χριστοῦ. οἳ καὶ σφόδρα εὐχαριστοῦσι τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. οὐδὲν ὑμῖν παραλογισθήσεται ὧν εἰς αὐτοὺς ἐποιήσατε. δῴη ὑμῖν ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπῃσχύνθητε. διὸ οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία ἐλπὶς, Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

Αἱ προσευχαὶ ὑμῶν ἤγγισαν εἰς τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν, καὶ εἰρηνεύεται. ὅθεν δεδεμένος, πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὢν ἄξιος, ἐκεῖθεν ἔσχατος αὐτῶν ὤν. κατὰ

dem non ſum ſufficiens: ſed tamen devotio veſtra grandis eſt. *Si quis* enim *honoraverit Prophetam in nomine Prophetæ; mercedem Prophetæ accipiet.* Manifeſte & qui honorat vinctum Chriſti Ieſu; mercedem martyrum accipiet. *Philonem*, & *Gaium*, & *Agathopum*, qui me ſequuntur in verbo Dei; qui ſunt Miniſtri Chriſti, bene feciſtis ſuſcipere eos ſicut miniſtros Dei: qui & maximas gratias agunt Domino pro vobis; quia refeciſtis eos omnibus modis. Nihil vobis reputabitur ad peccatum, de his quæ eis impendiſtis. *Det vobis Dominus invenire miſericordiam apud Dominum in illa die.* Pro animabus veſtris ſpiritus meus & vincula mea ſint: quæ non ſpreviſtis, & non erubuiſtis. Hæc eſt perfecta ſpes in Chriſto Ieſu.

Matth. 10, 41.

2 Tim. 1, 18.

Orationes veſtræ appropinquarunt ad Antiochenam Eccleſiam: cui & pacifici eſtis. Vnde & vinctus omnes ſaluto. Vnde & non ſum dignus eſſe ultimus eorum: ſed

ſecun-

ſecundum Dei voluntatem dignus effectus ſum; non ex mea providentia, ſed ex gratia Dei. Quam opto perfectam mihi tribui; ut per veſtras orationes Deum merear adipiſci: ut opus meum perfectum ſit in cœlo & in terra. Decet ergo vos in honorem Dei curam gerere Deo dignæ Eccleſiæ quæ eſt in *Syria*: & congratulari eis quia pacifici ſunt, & perceperunt ſuam magnificentiam, & reſtituta eſt eis in corpore eorum. Sed mihi viſum eſt mittere aliquem veſtrum illuc cum Epiſtola: ut glorificent tranquillitatem quæ eis ſecundum Deum contigit & quietem. Ego vero merui portum tutiſſimum in Chriſto orationibus veſtris. Cum ſitis perfecti; perfecta cogitate, ſapite, ſentite. Volentibus enim vobis bene agere, etiam Deus paratus eſt vobis præſtare.

Salutat vos dilectio fratrum veſtrorum quæ eſt in *Troja*. Vnde & ſcribo vobis, per *Burgum*, quem miſiſtis

τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδήσεως ἐμῆς, ἀλλ' ἐκ χάριτος Θεοῦ. ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ὅπως οὖν ὑμῶν τὸ ἔργον τέλειον γένηται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, πρέπει εἰς Θεοῦ τιμὴν, χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην, εἰς τὸ, γενόμενον ἐν Συρίᾳ συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσι, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀπεκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωμάτιον. ὃ ἐφάνη μοι ἄξιον, τοῦτο ἐστὶν, ὥστε πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν· καὶ ὅτι λιμένος εὐόρμου τετύχηκα, Χριστοῦ, διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν. τέλειοι ὄντες, τέλεια καὶ φρονεῖτε· θέλουσι γὰρ ὑμῖν εὖ πράττειν, καὶ ὁ Θεὸς ἕτοιμός ἐστιν εἰς τὸ παρασχεῖν.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούργου, ὃν ἀπεστείλατε

μετ' ἐμοῦ, ἅμα Ἐφεσίοις τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν· ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσε· καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον Θεοῦ διακονίας· ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ Κυρίου κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον ὑμῶν Πολύκαρπον, καὶ τὸ θεοπρεπὲς πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς χριστοφόρους διακόνους τοὺς συνδούλους μου, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας, ἐν ὀνόματι Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ ἑνότητι Θεοῦ καὶ ὑμῶν. χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ, διὰ παντὸς ἐν Χριστῷ.

tus à facie terræ. Propterea non reſurgunt impii in judicio, neque peccatores in conſilio juſtorum: quoniam ſcit Deus viam juſtorum, & via impiorum peribit. Sentire autem debetis, quomodo aquam & crucem in uno dono conſtituit. Hoc ergo dicit: felices, qui ſperaverunt in aquam, & in crucem, mercedem in tempore ſuo: Tunc, inquit, reddam: modo autem, qui dicit: *folia illius non decident.* Hoc eſt, quia omnis ſermo, qui exierit per os veſtrum, erit in ſpem & reſurrectionem multis. Et iterum alius Propheta dicit: *Erit Iacob laudabilis ſuper omnem terram.* Terram vas ſpiritus illius magnificat. Deinde quid dicit? *Erat flumen trahens à dextra: & adſcendebant inde arbores ſpecioſæ: & quicumque ex illis manducaverit, vivet in perpetuum.* Hoc eſt, quia nos deſcendimus in aquam pleni peccatis & ſordibus, & adſcendimus fructibus pleni in præcordiis noſtris ti-

τῆς γῆς. διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων· ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. αἰσθάνεσθε πῶς τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὥρισε. τοῦτο γὰρ λέγει· μακάριοι οἱ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλπίσαντες κατέβησαν εἰς τὸ ὕδωρ· ὅτι τὸν μὲν μισθὸν (λέγει) ἐν καιρῷ αὐτοῦ· τότε, φησὶν, ἀποδώσω. νῦν δὲ λέγει· τὰ φύλλα οὐκ * ἀποῤῥυηθήσεται. τοῦτο λέγει· ὅτι πᾶν ῥῆμα, ὃ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐξ ὑμῶν διὰ τοῦ στόματος, ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ ἔσται εἰς ἐπιστροφὴν καὶ ἐλπίδα πολλοῖς. πάλιν ἕτερος προφήτης λέγει· καὶ ἦν ἡ γῆ τοῦ Ἰακὼβ ἐπαινουμένη παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. τοῦτο λέγει τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ὃ δοξάσει. εἶτα τί λέγει; καὶ ἦν ποταμὸς ἕλκων ἐκ δεξιῶν, καὶ ἀνέβαινεν ἐξ αὐτοῦ δένδρα ὡραῖα. καὶ ὃς ἐὰν φάγῃ ἐξ αὐτῶν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. τοῦτο λέγει· ὅτι ἡμεῖς μὲν καταβαίνομεν εἰς τὸ ὕδωρ γέμοντες ἁμαρτιῶν καὶ ῥύπου, καὶ ἀναβαίνομεν καρποφοροῦντες ἐν τῇ καρ-

* ἄλλ. ἀπορυήσεται.

διὰ τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὸν * Ἰησοῦν ἔχοντες ἐν τῷ πνεύματι· καὶ ὃς ἐὰν φάγῃ ἀπὸ τούτων, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. τοῦτο λέγει, ὃς ἄν, φησὶν, ἀκούσῃ τούτων † καλουμένων, καὶ πιστεύσῃ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

* ἄλλ. υἱόν.

† ἄλλ. λαλουμένων.

morem & ſpem habentes in Dominum. Ideo dicit : *Et qui manducaverit, vivet in perpetuum.*

Ὁμοίως πάλιν περὶ τοῦ σταυροῦ ὁρίζει ἐν ἄλλῳ προφήτῃ λέγοντι· καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται, καὶ λέγει κύριος, ὅταν ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ, καὶ ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξῃ. ἔχεις πάλιν ἐπὶ σταυροῦ, καὶ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος. λέγει δὲ πάλιν ἐν τῷ Μωσῇ, πολεμουμένου τοῦ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἵνα ὑπομνήσῃ αὐτοὺς πολεμουμένους, ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδέθησαν εἰς θάνατον, λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωσῇ τὸ πνεῦμα, ἵνα ποιήσῃ τύπον σταυροῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος πάσχειν· ὅτι ἐὰν μὴ ἐλπίσωσιν ἐπ' αὐτῷ, εἰς τὸν αἰῶνα πολεμηθήσονται. τίθησιν οὖν Μωσῆς ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πηγῆς, καὶ σταθεὶς ὑψηλότερος πάντων ἐξέτεινε τὰς χεῖρας, καὶ οὕτως πάλιν ἐνίκα ὁ Ἰσραήλ. εἶτα

Similiter & crucem ſignificat, in alio Propheta dicente : *Et quando hæc conſummabuntur, & dixit Dominus, cum lignum inclinatum fuerit, & reſurrexerit, & cum de ligno ſanguis ſtillaverit.* Habes iterum de cruce, & de eo, qui incipit crucifigi. Dicit autem iterum in Moſe, cum pugnaret populus Iudæorum, & ceciderunt Iudæi ab alienigenis, ut * illos commemoraret, dum oppugnantur, quia propter peccata ſua trahuntur in mortem, dixit in præcordiis Moyſi Spiritus ; fac figuram crucis, quia ſi non crediderint in illum, in perpetuo oppugnabuntur. Et iterum adſcendit Moyſes in aggerem, & ſtans manus extendebat, & vincebant Iudæi ;

* l. illis.

dæi ; deinde cum depoſuerat, vincebat Amalec. Hoc ad quid ? ut ſcirent, quia non poſſunt liberari, niſi in cruce Chriſti ſperaverint. Et iterum dicit in alio Propheta:
Eſai.69. *Expandi manus meas tota die ad populum imperſuaſibilem, & contradicentem viæ juſtæ.* Item Moyſes facit figuram Ieſu, quia oportebat illum pati, & quia ipſe vivificavit, quem illi putaverunt perdidiſſe. Cadente enim populo Iudæorum, quia juſſerat Dominus, ut morſu colubræ morerentur, quia præteritio Evæ per colubram fuerat, voluit illos corripere, & ideo ſic morti tradere, qui mandata ejus præterierunt. Ad ſummam, ut ipſe Moyſes, qui præceperat, dicit,
Exod. 20. Deut.6. *Non erit vobis, neque conflatile, neque ſculptile;* ipſe fecit ſerpentem æreum, ut figuram Ieſu oſtenderet, & poſuit in cruce, & per præcones convocavit populum: & cum veniſſent, rogabant Moyſen, ut pro ſanitate eorum Dominum rogaret ; &

ὁπόταν πάλιν καθεῖλεν πάλιν ἐθανατοῦντο. πρὸς τί ; ἵνα γνῶσιν, ὅτι οὐ δύνανται σωθῆναι, ἐὰν μὴ ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσωσι. καὶ ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα ὁδῷ δικαίᾳ μου. καὶ πάλιν Μωσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ· ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν, καὶ αὐτὸν ζωοποιήσουσι, ὃν δόξωσιν ἀπολωλεκέναι ἐν σημείῳ, πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ. ἐποίησε γὰρ πάντα ὄφιν δάκνειν αὐτοὺς, καὶ ἀπέθνησκον. ἐπειδὴ ἡ παράβασις διὰ τοῦ ὄφεως ἐν Εὔᾳ γέγονεν, ἵνα ἐλέγξῃ αὐτοὺς, ὅτι διὰ τὴν παράβασιν αὐτῶν ἐν θλίψει θανάτου παραδοθήσονται. πέρας γέτοι αὐτὸς Μωσῆς ἐντειλάμενος· οὐκ ἔσται ὑμῖν, οὔτε γλυπτὸν, οὔτε χωνευτὸν εἰς θεὸν ὑμῖν· ποιεῖ, ἵνα τύπον τοῦ Ἰησοῦ δείξῃ· ποιεῖ οὖν Μωσῆς χαλκοῦν ὄφιν, καὶ τίθησιν ἐνδόξως. καὶ κηρύγματι καλεῖ τὸν λαόν. ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐδέοντο Μώσεως, ἵνα * ὑπὲρ αὐτῶν ἀνενέγκῃ δεόμενος περὶ τῆς ἰάσεως αὐτῶν. *ἄλλ. περὶ

αὐτῶν. εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς Μωσῆς· ὅταν, φησὶ, δηχθῇ τις ὑμῶν, ἐλθέτω ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐπικείμενον, καὶ ἐλπισάτω πιστεύσας, ὅτι νεκρὸς ὢν δύναται ζωοποιῆσαι· καὶ παραχρῆμα σωθήσεται· καὶ οὕτως ἐποίουν. ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. τί λέγει πάλιν Μωσῆς τῷ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ, ἐπιθεὶς αὐτῷ τοῦτο ὄνομα ὄντι προφήτῃ, ἵνα μόνον ἀκούσῃ πᾶς λαὸς, ὅτι πάντα ὁ πατὴρ φανεροῖ περὶ τοῦ υἱοῦ Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ· καὶ ἐπιθεὶς τοῦτο ὄνομα, ὁπότε ἔπεμψε κατάσκοπον τῆς γῆς· λάβε βιβλίον εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ γράψον ἃ λέγει κύριος· ὅτι ἐκ ῥιζῶν ἐκκόψει πάντα τὸν οἶκον τοῦ Ἀμαλὴκ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. οἱ δὲ πάλιν Ἰησοῦς οὐχ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· τύπῳ δὲ ἐν σαρκὶ φανερωθείς. ἐπεὶ οὖν μέλλουσι λέγειν, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβὶδ, φοβούμενος καὶ συνιῶν τὴν πλάνην τῶν ἁμαρτωλῶν,

* ἄλλ. [illegible] λέγει· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, * ἕως ἂν

tunc dixit illis Moyſes: *Cum aliquis ex vobis morſus fuerit, veniat ad colubram, & ſperet, quoniam cum ſit ipſa mortua, poteſt alias ſanare, & ſine mora curabitur*: & ita faciebant. Num. 21. Sap. 16.

Quid dicit iterum Moyſes, Auſe filio Nave? ut oſtenderet Ieſum eſſe filium Dei, audiente populo, quia omnia pater oſtendit filio ſuo. Clamavit Moyſes filium Nave, & impoſuit illi nomen Ieſus, & dixit: *Accipe librum in manu tua, & ſcribe, quæ dicit Dominus; quia amputavit à radicibus omnem domum Amalec Filius Dei Ieſus in noviſſimis diebus.* Ecce iterum Ieſus non filius Nave, ſed filius Dei in carne apparuit. Iterum dicit David: *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos*

Num. 13.

Exod. 17.

tuos ſub pedibus tuis. Et iterum
Cap.45. dicit Eſaias: *Sic dicit Dominus Chriſto meo, meo Domino, cujus tenui dexteram, exaudient illum gentes, & virtutem regũ corrumpam.* Videte quomodo illum Prophetæ Dominum, non tantum filium dicunt.

X. Quæramus igitur, ſi hic populus hæreditatem capit, & teſtamentum in illis eſt, aut in nobis. De hoc audite, ſic ſcriptum eſt. Rogabat Iſaac pro Rebecca uxore ſua, quia ſterilis erat. Et Rebecca quærebat à Domino, quid portaret, & dixit illi Dominus:
Gen.25. *Duæ nationes in utero tuo ſunt, & duo populi ex utero tuo naſcentur, & major ſerviet minori.* Intelligite, quis ſit Iſaac, & quæ Rebecca;
*l.quis & * qui populus minor, aut major. Iterum dixit Iacob,
Gen.48. Ioſeph filio ſuo: *Ecce Dominus non fraudavit me ex genere tuo, perduc ad me filios tuos, & benedicam illos.* Et adduxit Ma-

θῶ σοῦ ἐχθροὺς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. καὶ πάλιν λέγει οὕτως Ἡσαΐας· εἶπε κύριος τῷ Χριστῷ μου κυρίῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. ἴδε πῶς λέγει Δαβὶδ αὐτὸν κύριον, καὶ υἱὸν θεοῦ.

ι. Ἀλλ' ἴδωμεν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονόμος, ἢ πρῶτος, καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς, ἢ εἰς ἐκείνους. ἀκούσατε νῦν περὶ τοῦ λαοῦ, τί λέγει ἡ γραφή. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν· καὶ συνέλαβεν. εἶτα καὶ ἐξῆλθε Ῥεβέκκα πυθέσθαι παρὰ κυρίου· καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτήν· δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου, καὶ δύο λαοὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ σου, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. αἰσθάνεσθαι ὀφείλετε, τίς ὁ Ἰσαὰκ, τίς ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μείζων ὁ λαὸς οὗτος, ἢ ἐκεῖνος. καὶ ἐν ἄλλῃ προφητείᾳ λέγει φανερώτερον ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· ἰδοὺ οὐκ ἐστέρησέ με κύριος τοῦ προσώπου σου· προσάγαγέ μοι τοὺς υἱούς σου, ἵνα εὐλογήσω αὐτούς. καὶ προσή-

γαγεν

γαγεν Ἐφραῒμ τ̄ Μανασσῆ θέλων ἵνα εὐλογηθῇ· ὅτι πρεσβύτερος ἦν. ὁ γὰρ Ἰωσὴφ προσήγαγεν εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα τοῦ πατρὸς Ἰακώβ· εἶδε δὲ Ἰακὼβ τύπον τῷ πνεύματι τοῦ λαοῦ τοῦ μεταξύ. καὶ τί λέγει; καὶ ἐποίησεν Ἰακὼβ ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας αὐτοῦ. καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἐφραῒμ τοῦ δευτέρου καὶ νεωτέρου, καὶ ηὐλόγησεν αὐτόν· καὶ εἶπε Ἰωσὴφ πρὸς Ἰακώβ· μετάθες σου τὴν δεξιὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, ὅτι πρωτότοκός μου ἐστὶν υἱός. καὶ εἶπεν Ἰακὼβ πρὸς Ἰωσήφ· οἶδα, τέκνον, οἶδα· ἀλλ' ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι, καὶ οὗτος δὲ εὐλογηθήσεται. βλέπετε ἐπὶ τίνων τέθεικε τὸν λαὸν εἶναι τοῦτον πρῶτον, καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον. εἰ οὖν ἔτι, καὶ διὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμνήσθη, ἀπέχομεν τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἡμῶν. τί οὖν λέγει τῷ Ἀβραάμ, ὅτι ἐπίστευσας, ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην; ἰδοὺ τέθεικά σε πατέρα ἐθνῶν τῶν πιστευόντων διὰ ἀκροβυστίας τῷ κυρίῳ. ναὶ, ἀλλὰ τὴν διαθήκην, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι δοῦ-

naſſem & Ephraim. Volens autem Manaſſem benedici, quia major erat, ſtatuit illum ad dexteram patris ſui Iacob. Vidit autem Iacob in Spiritu figuram populi, qui poſtea futurus erat: & convertit manus,& tranſtulit dexteram ſuper caput Ephraim minoris, & benedixit illum. Et dixit Ioſeph patri ſuo: *transfer manum tuam dexteram ſuper caput Manaſſæ, quia primitivus filius meus eſt.* Et dixit Iacob: *Scio, fili, ſcio: ſed major ſerviet minori; ſed & hic benedicetur.* Videte quem voluerit eſſe primum teſtamenti heredem. Sic ergo & per Abraham * commemoratus *l. commemoratum.
eſt, habemus conſummationem ſcientiæ noſtræ. Quid Geneſ. 15. 17.
ergo dicit Abraham, cum ſolus crediſſet, & poſitus eſſet in juſtitia? *Ecce poſui te, Abraham patrem nationum, quæ credunt Domino non circumciſæ.* Sed teſtamentum quod juravit parentibus, ut daret populo, an dederit, quæramus.

mus. Dedit, ſed illi non fuerunt digni accipere propter peccata ſua. Dicit enim Pro-
Exod. 32. pheta: *Et erat Moyſes jejunans in monte Sina, ut acciperet teſtamentum à Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Et accepit à Deo tabulas ſcriptas manu Dei. Et ut accepit, deferebat ad populum, ut illis daret. Et dixit Dominus: *Moyſes, Moyſes, deſcende celerius, quia populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, præteriit legem.* Et intellexit Moyſes, quia fecerunt ſibi iterum conflatile: & projecit de manibus tabulas, & confractæ ſunt. Moyſes accepit, ſed illi non fuerunt digni: quomodo acceperimus nos, diſcite, cui nos in hereditatem propter nos omnia ſuſtinens apparuit, ut illi conſummati ſint in peccatis, & nos per illum hereditatem teſtamenti [Domini noſtri Ieſu Chriſti] accipiamus;

ναι τῷ λαῷ· εἰ δέδωκε, ζητοῦμεν. δέδωκεν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι λαβεῖν διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. λέγει γὰρ ὁ προφήτης, καὶ ἦν Μωσῆς νηστεύων ἐν ὄρει Σινᾶ τοῦ λαβεῖν τὴν διαθήκην κυρίου πρὸς τὸν λαὸν ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα· καὶ ἔλαβε παρὰ κυρίου τὰς δύο πλάκας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς κυρίου ἐν πνεύματι, καὶ λαβὼν Μωσῆς κατέφερε πρὸς τὸν λαὸν δοῦναι· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν. Μωσῆ, Μωσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι ἠνόμησαν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ συνῆκε Μωσῆς, ὅτι ἐποίησαν πάλιν χωνεύματα, καὶ ἔρριψεν ἐκ τῶν χειρῶν τὰς πλάκας, καὶ συνετρίβησαν αἱ πλάκες τῆς διαθήκης κυρίου. Μωσῆς μὲν γὰρ ἔλαβεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι. πῶς δὲ ἡμεῖς ἐλάβομεν, μάθετε. Μωσῆς θεράπων ὢν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῖν ἔδωκεν, εἰς λαὸν κληρονομίας, δι' ἡμᾶς ὑπομείνας. ἐφανερώθη δὲ ἵνα κἀκεῖνοι τελειωθῶσι τοῖς ἁμαρτήμασι. καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦ κληρονομοῦντος διαθήκην [κυρίου Ἰησοῦ] λάβωμεν,

καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει· ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναι σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, λέγει κύριος ὁ λυτρωσάμενός σε θεὸς, ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη. ἵνα αὐτὸς φανεὶς τὰς ἤδη δεδαπανημένας ἡμῶν κακίας τῷ θανάτῳ, καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ. γέγραπται γὰρ, πῶς αὐτῷ ὁ πατὴρ ἐντέλλεται λυτρωσάμενος ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους, ἑτοιμάσαι ἑαυτῷ λαὸν ἅγιον. λέγει οὖν ὁ προφήτης· ἐγὼ κύριος, ὁ θεός σου ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοίξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. γινώσκετε οὖν πόθεν ἐλυτρώθημεν. καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει· πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι ταπεινοῖς χάριν ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι

qui in hoc paratus eſt, ut adventum ipſius præcordia noſtra, quæ jam abſumpta erant à morte, & tradita iniquitati, liberaret à tenebris, & teſtaretur in nobis teſtamentum ſervorum ſuorum. Scriptum eſt enim, quomodo illi pater mandaverit, ut liberaret nos à tenebris, & pararet ſibi populum ſanctum.
Dicit ergo Propheta ſic: *Ego* Eſai.42.
Dominus Deus tuus, vocavi te in æquitate, tenebo manum tuam, & fortem te faciam, dedi te in teſtimonium gentibus, & in lumen nationum, ut aperias oculos cæcorum, & educas de vinculis alligatos. Scitote ergo, unde liberati ſumus. Et iterum
Propheta dicit: *Poſui te in lu-* Eſai.49.
cem nationum, ut ſit ſanctitas tua, uſque in noviſſimum terræ, ſicut dicit Dominus, qui te liberavit Deus. Iterum Propheta
dicit: *Spiritus Domini ſuper me,* Eſai.61.
propter quod unxit me: bene nuntiare hominibus miſit me, curare contribulatos corde, prædicare captivis

ptivis remiſſionem, & cæcis viſum, & vocare annum Domini acceptabilem.

XI. Adhuc & de ſabbato ſcriptum eſt in decem verbis, quibus locutus eſt in
Deut. 5. c. monte Sina ad Moyſen: *Sanctificate ſabbatum Domini manibus mundis, & puro corde.* Et alibi dicit: *Si cuſtodierint filii mei ſabbatum, tunc faciam miſericordiam in illis.* Sabbatum
* l. initio. dicit * initium conſtitutionis:
Geneſ. 2. *Et fecit Deus die ſexto opera ſua, & conſummavit die ſeptimo, & requievit in illo die.* Adtendite filii, quid dicit, *conſummavit in ſex dies.* Hoc dicit, quia
* conſumabit. * conſummavit Deus omnia in ſex millia annorum. Dies enim apud illum mille anni ſunt. Ipſe mihi teſtis eſt, di-
Pſal. 89. cens: *Ecce hodiernus dies erit tanquam mille anni.* Vnde ſcire debetis, quia in ſex millia annorum conſummabuntur omnia. Et quid dicit: *Requievit Deus die ſeptima?* Hoc eſt, cum venerit filius illius, &

αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καὶ καλέσαι ἐνιαυτὸν * κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέ- * ἄλλο κυρίῳ
ραν ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας.

ιά. Ἔτι καὶ περὶ τοῦ σαββάτου γέγραπται ἐν τοῖς δέκα λόγοις, ἐν οἷς ἐλάλησεν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ πρὸς Μωσῆν κατὰ πρόσωπον· καὶ ἁγιάσατε τὸ σάββατον κυρίου χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· ἐὰν φυλάξωσιν οἱ υἱοί μου τὰ σάββατα, τότε ἐπιθήσω τὸ ἔλεός μου ἐπ᾽ αὐτούς. τὸ σάββατον λέγει ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ κατέπαυσεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. προσέχετε, τέκνα, τί λέγει, τὸ συνετέλεσεν ἐν ἓξ ἡμέραις; τοῦτο λέγει,
ὅτι συντελεῖ [ὁ θεὸς] κύριος ἐν non eſt in MSS.
ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα. ἡ γὰρ ἡμέρα παρ᾽ αὐτῷ χίλια ἔτη. αὐτὸς δέ μοι μαρτυρεῖ, λέγων· ἰδοὺ σήμερον ἡμέρα ἔσται ὡς χίλια ἔτη. οὐκοῦν, τέκνα, ἐν ἓξ ἡμέραις, ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ πάντα· καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· τοῦτο λέγει· ὅταν

ἐλθὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ καταργήσει τὸν καιρὸν αὐτοῦ, καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀλλάξει τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς καταπαύσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. πέρας γέ τοι λέγει· ἁγιάσεις αὐτὴν ἐν χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ· εἰ οὖν ἣν θεὸς ἡμέραν ἡγίακεν, νῦν τίς δύναται ἁγιάσαι, εἰ μὴ καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ ἐν πᾶσι; πεπλανήμεθα. εἰ δ' οὐδ' ἄρα τότε καλῶς καταπαυόμενος ἁγιάζει αὐτὴν, ὅτε * δυνησόμεθα αὐτοὶ δίκαια ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν οὐκέτι οὔσης ἀνομίας, γεγονότων δὲ καινῶν πάντων ὑπὸ κυρίου. τότε δυνησόμεθα αὐτὴν ἁγιάσαι, αὐτοὶ ἁγιασθέντες πρῶτον· πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς· τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν οὐκ ἀνέχομαι. ὁρᾶτε, πῶς λέγει· οὐ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτά· ἀλλ' ἃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης * ποιήσω, ὅ ἐστι ἄλλου κόσμου ἀρχήν· διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς.

* l. δι-καίω.

* l. ποιή-σων.

amputabit tempus iniquitatis, & judicabit impios, & mutabit ſolem, lunam, & ſtellas, tunc bene requieſcet in die ſeptima. Ad ſummam hoc dicit: *Sanctificabis illum diem manibus mundis, & corde puro.* Quem ergo diem ſanctificavit Deus, quis poteſt ſanctificare modo, niſi qui ſit mundo corde in omnibus? * Non erravimus. † Vides ergo qui refrigerans ſanctificavit illum, & nos tunc poterimus ſanctificare ipſi ſanctificati primum. Ad * ſumma dicit illis: *Dies ſolennes veſtros, & ſabbata non ſuſtineo.* Videte, quomodo dicit non hæc ſabbata ſibi (non) accepta, ſed quæ fecit, & in die ſuo conſummavit omnia initium * octava diei † facta, qui eſt alterius ſæculi initium. Propter quod agimus diem octavum in legationem, in * quem & Ieſus reſurrexit à mortuis, & apparuit, & aſcendit in cælos.

* l. nos.
* l. vides.

* l. ſummam.

* l. octavæ.
† l. facturus.

* l. quo.

XII. Ad-

XII. Adhuc & de templo dicemus, quomodo errantes in ædem ſpem habuerunt tanquam in Dominum, qui illos fecit, quaſi ſit domus Dei, tanquam ethnici conſervaverunt illum in templo. Sed quomodo dicat Dominus, diſcite, vacuum faciens templum: *quis menſus eſt cælum palmo, aut quis totam terram pugno apprehendit? nonne mihi, dicit Dominus, cælum thronus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum eſt? qualem domum mihi ædificabitis, aut quis locus erit requietionis meæ?* Vnde cognoſcitis, quia vana ſpes eſt illorum. Et iterum: *Qui depoſuerunt templum hoc, ipſi illud & ædificabunt.* Et fiet: dum enim belligerarent, depoſitum eſt ab inimicis. Iterum ſicut incipiebat civitas, & populus totus Iudæorum, tradi, propalavit: dicit enim Scriptura: *In noviſſimis diebus tradet Dominus oves paſcuæ, & cubile, & tur-*

ιϐʹ. Ἔτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν· πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαίπωροι ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν θεὸν αὐτοῦ τὸν ποιήσαντα αὐτούς. ἀλλ᾽ ὡς ὄντα οἶκον θεοῦ. σχέδον γὰρ, ὡς τὰ ἔθνη ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. Ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτὸν, μάθετε, τίς ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τίς τὴν γῆν δρακί· οὐκ ἐγώ; λέγει κύριος. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσατέ μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; γνῶτε, ὅτι ματαία ἡ ἐλπὶς αὐτῶν· πέρας γοῦν πάλιν λέγει. ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι, γίνεται. διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθηρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν νῦν. καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσι αὐτὸν, πάλιν ὡς ἤμελλεν ἡ πόλις καὶ ὁ λαὸς Ισραὴλ παραδίδοσθαι, ἐφανερώθη· λέγει γὰρ ἡ γραφή. καὶ ἔσται ἐπ᾽ ἐσχάτων ἡμερῶν παραδώσει κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς, καὶ τὴν μάνδραν καὶ τὸν πύργον αὐτῶν,

εἰς καταφθοράν· καὶ ἐγένετο καθ' ἃ ἐλάλησε κύριος. ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἐστὶ ναὸς θεοῦ· ἔστιν ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν. γέγραπται γάρ· καὶ ἔσται, τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης οἰκοδομηθήσεται ναὸς θεοῦ ἔνδοξος ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου. εὑρίσκω οὖν ὅτι ἐστὶ ναός· πῶς οὖν οἰκοδομηθήσεται ἐν ὀνόματι κυρίου; μάθετε. πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος· εἰδωλολατρεία ἦν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ θεῷ· οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου. προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς κυρίου ἔνδοξος οἰκοδομηθῇ. πῶς; μάθετε· λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἐγενόμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν· πῶς; ὁ λόγος

rem eorum in exterminuim. Et factum eſt, ſecundum quæ Dominus locutus eſt. Quæramus ergo, ſi eſt templum Deo. Eſt ubi ipſe, dicit facere, & conſummare. Scriptum eſt: *Et erit, ſeptimo die conſummato, ædificabitur templum Deo præclare in nomine Domini.* Invenio, quia templum eſt. quomodo ergo ædificabitur in nomine Domini? Diſcite. Antequam crederemus Deo, erat habitatio noſtra corrupta & infirma, ſicut templum, quod per manus ædificatur: quia pleni eramus adorationibus idolorum, & erat domus dæmoniorum, propter quod faceremus, quæ Deo eſſent contraria. Ædificabitur autem in nomine Domini præclare tēplum Deo. Adtēdite, & quomodo, diſcite, ut accipiatis remiſſionem peccatorum. Cum crediderimus in nomine Domini, non ſumus jam tales, quales ab initio creati. Propter quod in nobis vere Deus inhabitat, quomodo ſermo fidei illius, vocatio promiſ-

promiſſionis illius, ſapientia æquitatis, præcepta teſtamenti illius, in nobis prophetans ipſe, & in nobis habitans. Quia cum ſub ſervitute mortis eramus, aperiens oſtium templi noſtri, quod eſt os ſapientiæ, fecit de nobis domum incorruptam. Qui enim concupiſcit liberari, vivit non in hominem, ſed in eo qui habitat in illo miratur, quod nunquam tales ſermones audierit eum dicentem, neque ipſe concupierit audire. Hic eſt ſpiritaliter ædificatus. quantum fuerit in ſimplicitate demonſtrandi nobis, non intermiſi quicquam. Si enim de inſtantibus ac futuris ſcribam vobis, non intelligetis, quomodo in parabolis poſita ſunt multa. Hæc autem ſic ſunt. Habes interim de majeſtate Chriſti, quomodo omnia in illum, & per illum, facta ſunt: cui ſit honor, virtus, gloria, nunc & in ſæcula ſæculorum.

αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς, αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν τοὺς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένους ἀνοίγων ἡμῖν θύρας τοῦ ναοῦ, ὅ ἐστι στόμα μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, εἰσάγαγε εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν. ὁ καὶ ποθῶν σωθῆναι, βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ἐνοικοῦντα, καὶ λαλοῦντα ἐπ' αὐτῷ ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῷ μηδέποτε, μήτε τοῦ λέγοντος τὰ ῥήματα ἀκηκοέναι ἐκ τοῦ στόματος, μήτε αὐτὸς ποτὲ ἐπιτεθυμηκέναι ἀκούειν. τουτέστι, πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ κυρίῳ. ἐφ' ὅσον ἦν ἐν δυνατῷ καὶ ἁπλότητι δηλῶσαι ἡμῖν. ἐλπίζει μου ἡ ψυχὴ τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι μέ τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν, εἰς σωτηρίαν ἐνεστώτων. ἐὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράφω ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι. ταῦτα μὲν οὕτως.

Hucuſque codex manuſcriptus Corbeienſis.

Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ἥτε τοῦ φωτὸς, ἥτε τοῦ σκότους. διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν· ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ. ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ σατανᾶ· καὶ ὁ μέν ἐστι κύριος ἀπ' αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας· ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τῆς ἀνομίας.

α'. Ἡ οὖν ὁδὸς τοῦ φωτὸς, ἔστιν αὕτη. ἐάν τις θέλων ὁδεύειν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, σπεύσει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶσις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ. τοιαύτη· ἀγαπήσεις τόν σε ποιήσαντα. δοξάσεις τὸν σε λυτρωσάμενον ἐκ θανάτου· ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ, καὶ πλούσιος τῷ πνεύματι· οὐ κολληθήσῃ μετὰ τῶν πορευομένων ἐν ὁδῷ θανάτου· μισήσεις ποιεῖν ὃ οὐκ ἀρεστὸν τῷ θεῷ· μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν· οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίου. οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν, ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων. οὐκ ἀρεῖς ἐπὶ σεαυτὸν δόξαν. οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν

Secunda pars hujus epiſtolæ, parænetica. *Duæ viæ.*

Tranſeamus ad alteram cognitionem & doctrinam. Duæ ſunt viæ doctrinæ & poteſtatis; una lucis & altera tenebrarum. Differentia quidem multa duarum viarum: una quidem, cui præſident lucis miniſtri angeli Dei, altera quæ ſubeſt angelis Satanæ. Ille quidem eſt Dominus à ſæculis in ſæcula: hic vero princeps temporis iniquitatis.

Via lucis.

1. Via igitur lucis eſt hujuſmodi. Si quis velit incedere ad præfinitum locum, id ſuis operibus properabit exequi. Cognitio igitur nobis data in hac via ambulandi, eſt ejuſmodi. Diliges factorem tuum. Glorificabis eum,qui te à morte redemit. ſimplex eris corde, Spiritu dives. Non adhærebis ambulanti in via mortis. Abhorrebis facere id quod Deo diſplicet. Odio habebis omnem ſimulationem. Ne relinquas mandata Dei. Ne te ipſum exaltes; eris autem humilis. Non aſſumes tibi ipſi gloriam. Ne ineas malum conſi-

conſilium adverſus proximum tuum. Non dabis animæ tuæ audaciam. Non fornicaberis. Non mœchaberis. Non eris puerorum corruptor. Non prætermittas verbum Dei, ſuper aliorum impuritate corripienda. Non accipies perſonam, quo minus corripias alicujus delicta. Manſuetus eris. Eſto quietus. Contremiſces ad verba, quæ audieris. Ne hæſita, utrum futurum ſit, an non. Ne aſſumas nomen Domini in vanum. Diliges proximum tuum ſuper animam tuam. Non interficies partum per abortionem; neque, poſtquam prodierit, occides. Non abſtinebis manum tuam à filio tuo, vel à filia tua; ſed à pueritia docebis eos timorem Domini. Ne concupiſcas rem proximi tui; neque ſis alienorum bonorum uſurpator. Neque adhæreas ex anima tua ſuperbis, ſed cum juſtis & humilibus recenſearis. Quæ tibi contingunt tentationes & vexationes dæmonum, inter bona accepta reputa.

κατὰ τοῦ πλησίον σου. οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ θράσος· οὐ πορνεύσεις. οὐ μοιχεύσεις· οὐ παιδοφθορεύσεις. οὐ μή σοι ὁ λόγος ὁ τοῦ θεοῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τινῶν. οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξας *τινὰ ἐπὶ παραπτώματα. ἔσῃ πραΰς. ἔσῃ ἡσύχιος. ἔσῃ τρέμων τοὺς λόγους, οὓς ἤκουσας. οὐ μὴ μνησικακήσῃς τῷ ἀδελφῷ σου. οὐ μὴ †διψυχήσῃς πότερον ἔσται, ἢ οὔ. οὐ μὴ λάβῃς ἐπὶ ματαίῳ εἰς ὄνομα κυρίου. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ· οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀνελεῖς. οὐ μὴ ἄρῃς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου· ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον κυρίου. οὐ μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ μὴ γένῃ πλεονέκτης. οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα, ὡς ἀγαθὰ, πρόσδεξαι.

*ἄλλ. ἐλόγξαι.

†ἄλλ. διψήσῃς.

I i οὐκ

οὐκ ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. ὑποταγήσῃ κυρίῳ· κυρίοις ὡς τύπῳ θεοῦ ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ. οὐ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ, ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐλπίζουσι· μή ποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις θεόν· ὅτι ἦλθεν οὐκ ἐπὶ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασε. κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου· οὐκ ἐρεῖς ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθαρτοῖς κοινωνοὶ ἐστὲ, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς. οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος. παγὶς γὰρ στόμα θανάτου. ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἁγνεύσεις. μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, πάντα τὸν λαλοῦντά σοι λόγον τοῦ κυρίου. μνησθήσῃ αὐτὴν ἡμέρας κρίσεως νυκτὸς καὶ ἡμέρας. ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, καὶ διὰ λόγου σκοπῶν,

Non eris inconſtans animo, neque bilinguis: laqueus eſt enim mortis linguæ duplicitas. Subjectus es Domino; dominis, ut Dei imagini in verecundia & timore. Ne imperes ancillæ, aut ſervo tuo in amarulentia animi: his videlicet qui timent eum: ne quando contingat, ut non timeas eum, qui ſuper utrumque eſt, Deus. Non enim venit vocare ſecundum perſonam, ſed ſuper quos ſpiritus præparavit. Communicabis in omnibus rebus proximo tuo. Nihil dices quicquam tibi proprium. Si enim communicatis invicem in bonis incorruptibilibus, quanto magis in corruptibilibus! Ne ſis præceps in lingua: os enim laqueus eſt mortis. Quantum potes, ſanctifica animam tuam. Ne porrigas manum tuam ad accipiendum; eam vero ad dandum claudas. Diliges, ut pupillam oculi tui, omnes, qui tibi verbum Dei loquuntur. Memento diei judicii nocte & die exquires quotidie vultum ſanctorum, & per verbum

verbum ſpeculans, & ambulans ad exhortandum, meditans quoque ad ſalvandam animam per verbum. Et manibus tuis laborabis ad redemptionem peccatorum tuorum. Dare non ambiges, neque dans murmurabis. Omni petenti te da. Cognoſces autem, quis ſit bonus mercedis retributor. Servabis, quæ accepiſti, nihil addens, aut demens. Semper odio habebis flagitioſum. Iudicabis juſte. Non facies ſchiſma. Pacem compone inter diſſidentes, eos concilians. Confiteberis peccata tua. Non accedes ad orationem tuam in conſcientia mala. Hæc eſt via lucis.

Via tenebrarum.

II. Via autem tenebrarum obliqua eſt, & maledictionis plena. Eſt enim via mortis æternæ cum ſupplicio; in qua ſunt ea, quæ perdunt animam eorum, idololatria, audacia, elatio poteſtatis, hypocriſis, duplicitas cordis, adulterium, homicidium, rapina, ſuperbia, tranſgreſſio, dolus, malitia, arro-

καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. καὶ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. Οὐ διστάσεις δοῦναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις. παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου. Γνώσῃ δὲ, τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. Φυλάξεις, ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς, μήτε ἀφαιρῶν. εἰς τέλος μισήσεις τὸ πονηρόν. κρινεῖς δικαίως. οὐ ποιήσεις σχίσμα. εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων. ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. οὐχ ἥξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

β'. Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστι σκολιὰ, καὶ κατάρας μεστή. ἔστι γὰρ ὁδὸς τοῦ θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας· ἐν ᾗ ἐστι τὰ ἀπολλῦντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν, εἰδωλολατρεία, θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγὴ, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμα-

φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία θεοῦ· διώκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ· χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον θεοῦ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ πονηρόν. ὧν μακρὰν καὶ πόῤῥω, πραΰτης, καὶ ὑπομονή· ἀγαπῶντες μάταια διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ τῷ καταπονουμένῳ, εὐχερεῖς ἐν καταλαλίᾳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταὶ, πανθαμάρτητοι.

γ΄. Καλὸν οὖν ἐστι μαθόντα τὰ δικαιώματα κυρίου, ὅσα προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ ἐκεῖνα ἐκλεγόμενος μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ

gantia, veneficium, magia, avaritia, projectio timoris Dei: perſecutores bonorum, oſores veritatis, amantes non cognoſcentes mercedem juſtitiæ, non adhærentes bono, juſto judicio viduæ & orphano minime adtendentes, vigilantes non ad timorem Dei, ſed ad malum. A quibus longe abſunt, manſuetudo, & vigilantia: diligentes vana, vindictæ amatores, non miſerentes egeno, non laborantes ad levandum oppreſſum, ad detractionem prompti, & faciles, non cognoſcentes factorem ſuum, liberorum homicidæ, corruptores creaturæ Dei, ſe ab indigente avertentes, opprimentes oppreſſum, divitum advocati, pauperum iniqui judices, per omnia peccatores.

III. Æquum eſt igitur eum qui didicit juſtificationes Domini, quæ prius ſcriptæ ſunt, in eis ambulare. Qui enim eas facit, in regno Dei glorificabitur: qui vero illa eligit, cum ſuis operibus per-

Epilogus totius epiſtolæ.

peribit. Propterea reſurrectio, propterea retributio. Interrogo eminentes inter vos, ſi accipitis aliquod bonæ voluntatis meæ conſilium. Habetis vobiſcum, quibus bene feciſtis: nolite eos derelinquere. Prope eſt enim dies, in quo omnia cum eo, qui malus eſt, peribunt. Prope eſt Dominus, & merces ejus. Etiam atque etiam rogo vos, eſtote vobiſmetipſis boni legiferi, vobis ipſis manete conſultores fideles. Tollite ex vobis omnem ſimulationem. Deus vero totius mundi dominator det vobis ſapientiam, ſcientiam, intelligentiam, cognitionem juſtificationum ſuarum in patientia. Eſtote diſcipuli Dei, exquirentes quid à vobis poſtulet Dominus. Et facite, ut ſalvi ſitis in die judicii. Si qua eſt vero bonæ rei recordatio, mei mementote, hæc meditantes; ut & deſiderium, & vigilantia, in aliquod bonum evadat. Rogo vos gratiam hanc efflagitans: pulchrum hoc vas vobiſcum eſt,

συναπολεῖται. διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις. ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινά μου γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν. ἔχετε εἰς οὓς ἐργάσασθε, μεθ' ἑαυτῶν· μὴ ἐγκαταλίπητε. ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. ἐγγὺς ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς, ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοί, ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοί. ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. ὁ δὲ θεὸς ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυριεύων δώη ὑμῖν σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ ἐν ὑπομονῇ. γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ κύριος ἀφ' ὑμῶν. καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. εἰ δὲ τίς ἐστιν ἀγαθοῦ μνεία, μνημονεύετέ μου, μελετῶντες ταῦτα· ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία, καὶ ἡ ἀγρυπνία, εἰς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ. ἐρωτῶ ὑμᾶς χάριν αἰτούμενος· ὡς ἔτι τὸ καλὸν σκεῦός ἐστι μεθ'

ὑμῶν, μὴ ἐκλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν. ἔστι γὰρ ταῦτα ἄξια. διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι, ἀφ᾽ ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ εὐφράναι ὑμᾶς. σώζεσθε ἀγάπης τέκνα, καὶ εἰρήνης. ὁ κύριος τῆς δόξης, καὶ πάσης χάριτος, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

in nullo horum deficite; ſed indeſinenter hæc exquirite, & adimplete omne mandatum. Hæc enim digna ſunt. Quare quantum potui, diligentius laboravi vobis ſcribere, ut vos exhilararem. Salvi eſtote dilectionis filii & pacis. Dominus gloriæ & omnis gratiæ ſit cum Spiritu veſtro. Amen.

ΤΕΛΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΒΑΡΝΑΒΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ, ΣΥΝΕΚΔΗΜΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ.

FINIS EPISTOLÆ BARNABÆ APOSTOLI, COMITIS SANCTI PAVLI APOSTOLI.

ISAACI VOSSII

NOTÆ,

AD EPISTOLAS

S. IGNATII

MARTYRIS.

IN EPISTOLAM
AD SMYRNÆOS.

ΠΕπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον] Theodoretus Dialogo 1. citat hoc modo; πεπληροφορημένους ἀληθῶς &c. & paulo poſt; υἱὸν θεοῦ κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν. Male autem apud illum eſt; ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς, cum Σμυρναίους legendum ſit; niſi ſit ἁμάρτημα μνημονικόν.

Ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας] Proba lectio. Hanc præfert codex Florentinus, & vetus verſio. Fruſtra ſunt, qui aliud ſubſtituunt. Reſurrectionem Chriſti vocat σύσσημον, quia nobis hæc data commune reſurrectionis futuræ ſignum.

Ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα] Hanc lectionem confirmant Euſebius, & Theodoretus. Sed & Ruffinus in interpretatione Euſebiana, ita recte vertit, *in carne eum fuiſſe ſcio.* Hieronymus, quem in ſexcentis videre eſt Hebraicæ, quam Græcæ, peritiorem fuiſſe linguæ, ita reddidit; *in carne eum vidi.* Ita quoque vetus verſio Armachani. Sophronius item, ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον. Sed mihi conſtat tranſlationem iſtam Græcam, Sophronii nomen mentiri. Quid? an veriſimile eſt, ita Sophronium fuiſſe negligentem, ut non inſpexiſſet ipſum Ignatium, cum hæc loca eſſent vertenda? Sed hoc leve. Verſio illa innumeris in locis non eſt Græca: innumeris quoq; in locis male Hieronymi mentem expreſſit. Quidquid in Hieronymo eſt corruptum, eodem modo ſeſe habet in Græco. Quæcunque in illo Hieronymi Catalogo deſunt (deeſſe autem multa, ex MSS. collatione adparebit) deſunt quoque in illo Pſeudoſophronio. Mille id exemplis in tam exiguo ſcripto comprobare poſſemus, ſi animus eſſet commentariolum noſtrum rebus parum ad Ignatium facientibus extendere. Sed, puto, naſutum lectorem ſatis id per ſe poſ-

ſe animadvertere, nec egere monitore. Sufficiat dixiſſe, paraphraſin illam Græcam, quæ ſub nomine Sophronii circumfertur, ubique eſſe falſam, ubique ineptam, & ubique impoſturam ſapere. Sed quiſnam ille tandem fuerit, qui ita nobis voluerit imponere, id vero difficile dictu ſit. Mihi in nulla unquam Bibliotheca illam paraphraſin MS videre contigit. Scripſit quoque nuper Cl. vir Iſmael Bulialdus, illam non exſtare in Bibliotheca Regia Pariſiis. Nec exſtare uſpiam puto. Aut ſi exſtet, multum vereor, ne à recentiſſima ſit manu exarata, nec CL annos excedente. Nam etiam recentiſſimi codices Latini ejus Catalogi multo ſunt meliores iſta paraphraſi Græca. Sed quid facias Eraſmo? qui cum primus ſit, qui illam ediderit, dicit ſe Sophronii exemplar vetuſtum & emendatum nactum fuiſſe? Niſi Eraſmus hæc diceret, multum de fide ejus rei dubitarem. Suſpicari tamen aliquis non immerito poſſit, ipſum nobis ſuppoſuiſſe hanc tralationem, idque animi gratia; vel ut oſtenderet, ſi ſibi fuiſſet voluntas, ſua aliis affingendi, ad hoc neque defuturum fuiſſe ingenium, neque eruditionem. Vti nec defuere hoc noſtro ſæculo virorum inſignium ingenia, quæ ſimilia actitarint, quamvis diſpari ſucceſſu; cum eorum fucus non ita diu potuerit latere, ſed etiam indoctiſſimis quibuſque ſtatim ſuboluerit. Sed credamus potius illum à nebulone aliquo fuiſſe deceptum, qui corruptiſſimum Hieronymi Catalogum nactus, Græcè à ſe redditum, huic Heroi pro antiqua Sophronii verſione venditarit. Eadem forſan manus eſt, quæ paraphraſin illam ſuppoſuit, & quæ priorem partem Catalogi Hieronymiani corruperit. Nam quorſum in eo inter ſcriptores Eccleſiaſticos referuntur tot Apoſtoli, qui nihil omnino ſcripſerunt, quorumque vitas adparet deſumtas eſſe, paucis tantum mutatis, ex ineptiſſimo ſcripto Dorothei de XII Apoſtolis? Inquit Eraſmus, Sophronium adjunxiſſe

reliquos

reliquos iſtos Apoſtolos, qui nihil ſcripſerunt. Sed unde hoc reſcivit, niſi ipſe fuerit Sophronius? Habeo poſteriorem partem ejus Catalogi MStam, cui appoſiti ſunt numeri. In eo vita Hieronymi, quæ eſt ultima, eſt CXXXIV. At qui vulgata exemplaria conſulat, numerabit in iis vitas CXLI. Si quis itaque purum & incorruptum habere velit ſcriptum iſtud Hieronymi, demat primum vitas & nomina eorum, qui ſubſequuntur:

Andreas Apoſtolus.
Iacobus Zebedæi filius.
Philippus Apoſt.
Bartholomæus Apoſt.
Thomas Apoſt.
Simon Cananæus Apoſt.
Matthias Apoſt.
Timotheus Epiſcopus.
Titus Epiſc.
Creſcens.

Addat jam IV Euangeliſtarum vitas, quæ excidêre, & procedat ordo hoc pacto, quomodo & apud Honorium Auguſtodunenſem, qui eum deſcripſit, videre eſt.

Simon Petrus.
Iacobus Apoſtolus,
Matthæus Euangeliſta.
Iudas Apoſtolus.
Paulus Apoſtolus.
Barnabas Cyprius,
Lucas Euangeliſta.
Marcus Euangeliſta.
Ioannes Euangeliſta.
Hermas.
Philo.

Si hoc modo numeres, continebit Catalogus ille ſcriptores CXXXV. Fieri autem poteſt, ut in ſcripto meo codice ſemel erratum ſit in numeris. Et in hoc quoque peccavit Eraſmus, quod Euangeliſtarum vitas ſegregaverit, & ex iis ſingularem tractatum concinnarit; quorum tamen ordinem, uti & reliquorum, recte ſervavit in notis ſuis, adeo ut videatur in eo ſui fuiſſe oblitus. Quæcunque diximus, vera ut puto, deprehendet, ſi quis conſulat MSS codices; meliores præſertim,

 qualis

qualis eſt ille, quem memini me obiter vidiſſe Florentiæ, Longobardicis literis exaratum, in conventu D. Marci. Sed redeamus ad Ignatium: in illum enim, non in Catalogum B. Hieronymi, notas ſcribimus.

Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν] Euſebius *ἐλήλυθεν*.

Συνέφαγεν αὐτοῖς, καὶ συνέπιεν] Theodoretus Dial. II. ita: *καὶ συνέφαγεν καὶ συνέπιεν αὐτοῖς ὡς σαρκικῶς, καὶ πνευματικῶς* &c.

Κἀγὼ τὸ δοκεῖν δέδεμαι] Theodoretus Dial. I. legit, *τῷ δοκεῖν*. Et poſtea; *ἀλλ' ὁ ἐγγὺς μαχαίρας ἐγγὺς θεοῦ*, omiſſo eo quod ſequitur; *μεταξὺ θηρίων μεταξὺ θεοῦ*: quod tamen vetus verſio Armachani agnoſcit. Idem poſtea; *αὐτοῦ με δυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου. οἵτινες* &c. Iterum Theodoretus paulo poſt: *τί γάρ με ὠφελεῖ, εἴπερ με ἐπαινεῖ τις*; Item: *ἀπήρνηται ὡς νεκροφόρον*, quod tamen ego non probo. Neque enim video, qui ſatis commodus ſenſus inde elici poſſit. Meliorem utique arbitror lectionem Florentini codicis, quam expreſſimus; *τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται ὢν νεκροφόρος*. Qui negat, Chriſtum fuiſſe *σαρκοφόρον*, ipſe eſt *νεκροφόρος*, mortifer, id eſt, mortuo ſimilis.

Μηδεὶς πλανάσθω. καὶ τὰ ἐπουράνια] Ita quoque alibi loquitur Ignatius. Videntur autem hæc verba defuiſſe in codice, unde impoſtor ille nobis conſarcinavit vulgarem Ignatii contextum. Vtique qui ex Dionyſio, & Clemente, adſuit tam multa, non hæc reſecuiſſet.

Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται] Etiam hæc verba deſunt in Pſeudoignatio; cum tamen citentur à Theodoreto Dial. III, hoc modo; *Εὐχαριστίας, καὶ προσφορὰς, οὐκ ἀποδέχονται*. Noſtram tamen lectionem etiam agnoſcit Armachani vetus verſio.

Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χρ.] Nemini mirum videri debet, ſi & hic, & alibi, tantam auctoritatem Epiſcopis & Presbyteris adtribuat Ignatius, ut illis tanquam

Deo

Deo ſit obediendũ. Non aliter de illis loquitur Polycarpus; ὑποτασσόμενοι τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, ὡς θεῷ, καὶ Χριστῷ.

Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου] Antiochum Sermone CXXIV, diverſa hic habere, deſumta ex epiſtola ad Philadelphenſes, obſervatum eſt Cl. Blondello.

Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος] Citat hunc locum Antiochus Sermone eodem; ſed longe aliter, atque hic. Verba ejus adſcribam; ὅπου γὰρ ἂν φανῇ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἤτω. ὥσπερ ὅπου περ ἂν ὀνομασθῇ Χριστὸς Ἰησοῦς ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐπισυνάγεται. οὐ γὰρ ὅπου βούλονται βαδίζουσιν τῶν θρεμμάτων αἱ ἀγέλαι, ἀλλ' ἐνθάπερ οἱ ποιμένες αὐτὰς ἀποφέρουσιν. τὰ δὲ ἔξω τῆς ἀγέλης ἀπομένοντα ἐναρπάζουσιν οἱ θῆρες, καὶ τροφὴν ἑαυτῶν ποιοῦνται τὸ πεπλανημένον. Οὐκ ἐξὸν οὖν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν (male vulgo βαδίζειν) οὔτε ἀγάπην ποιεῖν, ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ θεῷ εὐάρεστον. Vides, quantum hic ſit, quod in noſtro non ſit Ignatio. Sed neque vetus verſio Armachani hæc agnoſcit. Et certe non videntur Ignatii, verum potius Antiochi verba.

Φίλωνα, καὶ Ῥέων Ἀγαθόπουν] Lego, Ῥέον. Reo Agathopodi erat nomen bono huic viro, quem laudat Ignatius. Male autem inde duo nomina efformarunt interpretes. Neque contenti hoc errore, pro, *Reo*, ſubſtituerunt, *Gajum* & *Gaviam*. Sed & Agathopodis nomen quam varie corruptum fuerit, videſis apud Armachanum. Vnum id eſſe nomen, adparet, cum ex hoc loco, tum etiam magis ex epiſtola ad Philadelphenſes: ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας &c. Hic eſt, puto, ille Agathopus, ad quem ſcribit Valentinus Hæreticus apud Clementem Στρωμ. III. Οὐαλεντῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἀγαθόποδα ἐπιστολῇ, &c. In inſcriptionibus nomen Agathopus ſæpius occurrit.

Οὐκ ἐκ συνειδότος, ἐκ χάριτος θεοῦ] Repoſui, ἀλλ' ἐκ χάριτος θεοῦ, ut in vulgatis, & in veteri verſione.

Χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεπεστάτην] Nihil hic differt vetus verſio. Et tamen aliquod ulcus latet. Pſeudoignatius θεοπρεπεστάτην mutavit in θεοπρεσβύτην. Ego id vocabulum non improbo. Nam ipſe Ignatius in epiſt. ad Philadelphenſes inquit, πρεσβεῦσαι θεοῦ πρεσβείαν. Quod ſi retineamus θεοπρεπεστάτην, inſerendum eſt τινα, vel τινα πρεσβεύσοντα. Et ita ſane Polycarpus ad Philippenſes, agens de eadem legatione, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα, καὶ περὶ ὑμῶν.

Ὄντα ἐξεμπλάριον θεοῦ διακονίας] Eo vocabulo & alibi utitur Ignatius. Sed & Polycarpus uſurpaſſe in epiſtola ad Philippenſes videtur; quamvis ea pars epiſtolæ ejus Græce deperierit.

Ἐν ὀνόματι ἐν ἑνότητι θεοῦ καὶ ὑμῶν] Iam præceſſit ἐν ὀνόματι. Itaque non opus eſt repetere illa verba, quæ hic locum non habent. Delenda proinde, ut irreptitia, vel ex ſimilitudine ſequentium, vel repetitione priorum.

Τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας] Vir doctiſſimus legebat; καὶ τὰς λεγομένας χήρας. Nam quid virginibus commune cum viduis? Ego tamen vulgatam lectionem probo. Quid enim hic facit τὰς λεγομένας? quid opus erat illud addere? Simpliciter dixiſſet Ignatius; καὶ τὰς παρθένους, καὶ τὰς χήρας; non autem τὰς λεγομένας χήρας. Noſtram quoque lectionem probat vetus verſio. Virgines autem, ſive mulieres quæ virum non habuiſſent, etiam viduarum appellatione contineri, patet ex Iavoleno, l. malum. ff. de verb. ſign. *Viduam non ſolum eam, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuiſſet, appellari ait Labeo, quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet: ſimiliter viduam dictam eſſe ſine duitate.* Prius illud forſan verum eſt, virgines quandoque accenſeri viduis: etymologiam vero Labeoni placitam qui admittit, *Labeone inſanior inter Sanos dicatur.*

Illud

Illud cuipiam mirum videatur, quod viduis quandoque virgines annumerentur, cum nunquam viduæ virginibus accenſeantur in jure. Sane hæc Iuriſconſulti ſententia noxia eſt viduis, ut non immerito illæ de ea conqueri poſſint. Siquidem, aut virgines non debebant viduarum appellatione contineri, aut viduæ viciſſim illarum quandoque numero erant habendæ. Pro viduis eſt Clemens Alexandr. *στρωμ.* VII. *ἡ χήρα διὰ σωφροσύνης αὖθις παρθένος.* Vt itaque virgo provectioris ætatis pro vidua haberi poterat: ita vidua temperanter, & caſtè vivendo, iterum virginitatem adquirere credebatur. Puto autem, hic Ignatium loqui non de illis, quæ ſimpliciter eſſent viduæ; ſed de iis, quæ erant Diaconiſſæ. Electas eſſe ad hoc miniſterium quandoque virgines, adparet ex Tertulliano libro de velandis virg. cap. IX. ubi dicit, etiam virginem ab anno vigeſimo in viduatu collocatā fuiſſe. Sed non tales hic ſalutare jubet Ignatius, utcunque concederetur (quod tamen non veriſimile) etiam virgines aliquas ſexagenarias irrepſiſſe in Diaconiſſarum numerum; ſed ſine dubio omnes ſimul, quæ in viduarum Eccleſiæ Antiochiſſæ ordinem erant relatæ. Tales autem, quod in viduitate eſſent conſtantes, S. Patres ſæpius virgines adpellant.

Τὸν οἶκον Ταουΐας] Hæc eſt vera ſcriptura, quam probat etiam vetus interpres, ut videtur. Fruſtra ſunt illa nomina, quæ in Pſeudoignatii variis codicibus leguntur, Gavia, Grania, Gravia, Gaja, &c. quæ omnia non ſunt aſſis. *Ταουΐα*, ſive *Tabia*, hîc eſt vera lectio. Forſan hoc nomen tranſlatum ab urbe, ut ſolent multa mulierum nomina. Nam Tabia Galatarum urbs; ut alibi dicemus. Sed quis omnia veterum Chriſtianorum nomina explicaverit? Vel in hoc ipſo Ignatio occurrunt aliqua, quæ nuſquam alibi reperire eſt. Sed nulli hoc mirum videri debet, qui norit, Chriſtianorum veterum non minimam partem fuiſſe ſervos, aut libertos, tam mulieres,

res, quam viros: ac proinde nomina ipſis impoſita fuiſſe ſæpe barbara ac inuſitata, & è re nata. Vti autem hujus mulieris nomen alibi exſtare non puto: ita reperitur Alces nomen quod ſtatim ſequitur, quæ & ipſa erat Smyrnæa. Habemus quippe in Actis Eccleſiæ Smyrnææ de Polycarpo apud Euſebium: Ὑπέβαλλον γοῦν τινὲς Νικήτην τὸν Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἡγεμόνι &c. Omnino enim ita legendum eſſe arbitror hoc loco, non ἀδελφὸν τῆς Δάλκης, ut vulgo.

Ποθητόν μοι ὄνομα] Addit hic vetus verſio: *Et Daphnum incomparabilem, & Eutecnum, & omnes ſecundùm nomen.* Similiter quoque Pſeudo-Ignatius: καὶ Δάφνον τὸν ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον, καὶ πάντας κατ' ὄνομα. Quæ verba omnino librarii culpa excidiſſe puto.

Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος] Vt ſemper, ita etiam hic ſecutus ſum Florentini codicis ſcripturam. In quoque cæteris Epiſtolis ſemper additur, ad quos ſint perſcriptæ. Ac talis forſan erat inſcriptio literarum Ignatii. Niſi malis hæc verba à librariis eſſe adjecta, quo facilius quæque epiſtola ſe offerret, ſi in fine, cui & unde mitteretur, eſſet additum. In Pſeudoignatio, & veteri verſione hæc nuſpiam habentur; præterquam ad unius finem epiſtolæ, Epheſiis miſſæ.

IN EPISTOLAM
AD POLYCARPVM.

INter omnes Ignatii epiſtolas nulla eſt, de cujus veritate magis diſceptatum ſit inter doctos, quam illa ad Polycarpum. Nec inficior, aliqua hic eſſe, quæ potuerint redde-

re

re ſuſpectam : plura tamen, majoraque eſſe puto, quæ aliud iis debuerant perſuadere. Verba enim Polycarpi ex epiſtola ad Philippenſes apud Euſebium, ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς, καὶ Ἰγνάτιος, aliter intelligi, quam de hac epiſtola, neque poſſunt, neque debent. Citat quoque eam Chryſoſtomus, homilia de uno legiſlatore, Tom. VI. item Antiochus, & Damaſcenus. Sed quid ſibi vult Hieronymus in Catalogo, cum inquit : *Inde egrediens ſcripſit ad Philadelphenos, & ad Smyrnæos, & proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam: in qua & de Euangelio, quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſona Chriſti poſuit teſtimonium, dicens,* &c. Verum eſt Ignatium in epiſtola ad Polycarpum commendare illi Eccleſiam Antiochenam : alter vero ille locus, quem ſubdit, deſumtus eſt ex epiſtola ad Smyrnæos. Caſaubonus parentheſi locum ſanari poſſe putabat ; quod tamen non eſt vero ſimile. Omnino erravit Hieronymus in reddendis Euſebii verbis : Ἤδη δὲ ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ, ὃν οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ᾽ Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, οἷα γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. Ὁ δ᾽ αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων, οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται τοιαῦτά τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξιών. Priora illa recte vertit Hieronymus. Sed peccavit, vel dum nimium feſtinat in compilando Euſebio, vel quod mutilum nactus ſit exemplar, vel quod potius credo, quod ita verba iſta intellexit, ut putarit, illam ad Smyrnæos, & Polycarpum, eſſe unam eandemque epiſtolam. Quod ſi verum eſſet, non uſus fuiſſet Euſebius illo loquendi genere, ut diceret ; ὁ δ᾽ αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων : aliis verbis ſignificaſſet, ex eadem epiſtola, de qua hactenus locutus eſſet, ſequentia eſſe deſumta. Nemo præterea veterum eſt, qui epiſtolam ad Smyrnæos,

 cum

cum illa ad Polycarpum confundat. Illud verum puto, ſimul utraſque miſſas fuiſſe, & hinc eſſe, quod illas ſimul nominet Euſebius, & quod in manuſcriptis alia aliam ſtatim ſequatur.

Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος] Vt in omnibus codicis Medicæi ſcripturam ſecutus ſum, ita etiam in inſcriptionibus ſingularũ epiſtolarum. Vulgo legebatur; Ἰγνάτιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ὁ καὶ μάρτυς Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. Duo hic diſplicent: nam neque veriſimile Ignatium ſemetipſum Martyrem appellaſſe, quod vocabulum tum temporis vix aliter accipiebatur, quam peculiari illa ſignificatione de illo, qui pro Chriſti confeſſione ſanguinem ſuum effudiſſet, aut ſaltẽ multa fuiſſet perpeſſus. Sed & ipſe Ignatius alibi inquit, ſeſe neſcire an dignus ſit martyrii prærogativa: quî itaq; hic martyrem ſeſe vocaret? Neque etiam verum, ſibi appellationem epiſcopi adtribuiſſe: niſi ſemel tantum in epiſtola ad Romanos. Nuſquam alibi ſeipſum vocat Epiſcopum: ſemper nomen illud reticet. Vide, quanta modeſtia loquatur in epiſtola ad Magneſios; τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν οὐκ ἄξιος εἰμὶ καλεῖσθαι. Item in epiſtola ad Trallianos; τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. His quoque in locis additur ἐπίσκοπος in vulgatis codicibus; quod tamen reticuit Ignatius. Sed nec habemus exemplum, quod quiſpiam in primitiva illa Eccleſia Epiſcopi titulum ſibi adtribuerit. Ita nec Polycarpus, quem tamen & Ignatius noſter, & omnes Epiſcopum vocant, nomen illud expreſſit, cum ad Philippenſes ſcribit; Πολύκαρπος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι.

Γρηγόρει ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος] Ita quoque verſio antiqua. Damaſcenus tamen, qui hunc locum citat Parall. lib. II, c. XXV, videtur legiſſe ἀκοίμητον ὄμμα, ſi fides interpreti.

Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ βοήθειαν θεοῦ λάλει] Hæc eſt vera lectio. Miror qui factum; ut interpres vetus verterit, *conſuetudinem*, tanquam, ſi ſcriptum fuiſſet, κατὰ ὁμοήθειαν, quomodo legit Pſeudo-

Pſeudoignatius ; cum tamen recentiores verſiones habeant, *ſecundum adjutorium dei loquere.*

Τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε] Falſa eſt plane, ne dicam ridicula, lectio, quæ apud Damaſcenum exſtat in Parallelis; τοὺς παροξυσμοὺς ἐν βρόχοις παῦε. Miror, fuiſſe aliquos, qui lectionem hanc adprobaverint. Nam quorſum laquei, aut reſtes, in paroxyſmis? an ideo ut ſeſe ægri ſuſpendant! Egregia certe medicina, ſi quis dixerit ægrotanti, Abi, ſume reſtem, & ſuſpende te, ac liberaberis morbo. Excellentiores hoc curationis genere ſunt carnifices, quam medici. Sed mittamus riſum. Lectio vulgata veriſſima eſt. Vetus verſio habet ; *exacerbationes impluviis quieta*: nimirum quod ἐμβρέχω *impluo*, Gloſſæ interpretentur. Rectius medici ἐμβροχὴν *ſuperfuſionem* vocant. Poſterioris ævi homines hanc *embrocationem* adpellarunt. Cur autem Ignatius dicat paroxyſmos ſanari embrochis, hæc eſt ratio ; quod locis male affectis commode quis poſſit embrochen adplicare, etiam in acceſſione febris: eo autem tempore non recte uti quis poſſit emplaſtro propter gravitatem. Cum vero & febris remittit, & ægrotus convaleſcit, tum demum cataplaſmata adhibenda ſunt. Et ferme ἐμβροχή, quæ mille modis præparabatur, eſt perpetuum medicorum remedium, ad dolores capitis, quibus adſit febris. Hinc βρέγμα dictum puto, quia ἐμβροχαὶ ſincipiti adhibentur.

Ἵνα τὰ φαινόμενά σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς] Ita quidem vetus verſio ; ſed tamen videtur legendum eſſe κολακεύῃ.

Τὸ θέμα ἀφθαρσία, καὶ ζωὴ αἰώνιος] Hunc locum cum is, qui Pſeudo-Ignatium nobis ſuppoſuit, non intelligeret, mirum in modum corrupit. Sed neque vetus interpres, qui hic aliqua omiſit, recte mentem Ignatii percepit. Ita erat vertendum : *Tempus te expetit, ut gubernatores ventos, & tempeſtate vexati portus* [*expetunt,*] *ut fruaris deo. Sobrius eſto , ut athleta Dei.*

Depoſitum eſt, incorruptio & vita æterna, in quam & tu credis. Θέμα hic eſt pecunia, ſive ſors, quæ ad uſuram ponitur. De hoc vocabulo vide, quæ notavit magnus Salmaſius libro de trapezitico fœnore. Ita quoque accipiendum illud Tobiæ cap. IV: θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Quem locum non bene ceperunt interpretes.

Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω] Apud Chryſoſtomum Tom. VI. Homil. de uno legiſlatore, ita hic locus citatur: μηδὲν ἄνευ τῆς γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ θεοῦ γνώμης τι πράσσε. Ita quoque Pſeudoignatius. Sed cum hac Florentini libri lectione convenit verſio vetus. Poſtea quod ſequitur, neque ille qui Ignatium ſuppoſuit, neque vetus interpres, ſatis cepit. Ita enim reddendum erat; *quod neque facis, conſtans cum ſis.*

Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε] *Malas artes fuge.* Non recte interpretes verterant, *maleficia fuge.* Maleficium vocatur etiam, ubi nulla eſt ars. Multum itaque differt κακουργία, & κακοτεχνία, ad quam, ut vox ipſa indicat, neceſſario ars requiritur. Egregie Theodoſius Grammaticus ἐν τῷ περὶ ὅρου. πᾶσαι τέχνη ἐπινενόεται διὰ τὸ συμφέρον. εἰ οὖν ἔστι τέχνη ἐπὶ βλάβῃ, οὐκ ἔστι τέχνη αὕτη ἀλλὰ κακοτεχνία, ὡς ἂν εἴποι τις τοιχωρυχία, καὶ τυμβωρυχία, δοκοῦσι γὰρ καὶ οἱ ταύτας ἐπιτηδεύοντες τέχνην ἐργάζεσθαι, καὶ ὡς εἰπεῖν εἴτις ἄλλη ἐστὶν ἀπηγορευμένη νόμῳ, ὧν τὸ τέλος θάνατος. εἰ γὰρ ἐπὶ συμφέροντι καὶ τῇ συστάσει τοῦ βίου ἐστὶν ἡ τέχνη, αὗται δὲ τέλος ὀλέθριον ἔχουσιν, ὁμολόγως οὐ τέχναι μᾶλλον, ἢ κακοτεχνίαι εἰσιν.

Μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν ποιοῦ] Ita quoque vertit antiquus interpres, ſed male. Legendum enim; μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν μὴ ποιοῦ, quomodo & Pſeudoignatius.

Ἀγαπᾶν ὡς ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν] Lege; ἀγαπᾶν τὰς συμβίους, ὡς ὁ κύριος &c. ut eſt in vulgatis, & veteri verſione.

Εἴτις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ κυρίου τῆς σαρκός] Prout Pſeudoignatius, ita quoq; vetus interpres, & omnes commentatores, hunc locum intellexere. Sed quid ſibi vult, rogo;

go;

go ; *in caſtitate manere in honorem carnis dominicæ*? Otioſis hæc interpretanda relinquo. Ego certus ſum , ita hunc locum vertendum, & intelligendum ; *ſi quis poteſt in caſtitate carnis permanere, ad honorem Domini, ſine jactantia permaneat.*

Πλέον τοῦ ἐπισκόπου] In vulgatis, πλὴν τοῦ ἐπισκόπου.

Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε] Hic eſt locus, quo maxime evertere conati ſunt quidam hujus epiſtolæ auctoritatem. Quid enim, inquiunt, itane ſui oblitus fuit Ignatius , ut neſciret, ſe ad epiſcopum ſcribere ? Non certe : ipſi videntur obliti eſſe præcedentium verborum,qui hæc carpunt. Supra enim dixit Ignatius, προσλάλει , παράγγελλε &c. Non itaque Polycarpo ſcribit, ut epiſcopo obediat ; ſed rogat eum, ut hortetur Smyrnæos hæc facere.Quorſum enim alias omnia iſta, quæ ſequuntur, συγκοπιᾶτε, συντρέχετε, αἱρέζετε &c. quæ non uni dicuntur. Apparet ergo, eſſe fictionem perſonæ Polycarpi, Smyrnæos hortantis. Confirmat quoque hunc locum Antiochus Sermone CXXIV. Sequentia apud illum hoc modo leguntur ; ἀντίψυχον ἐγὼ τῷ ὑποτασσομένῳ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις, μετ' αὐτῶν μοι γένοιτο τὸ μέρος ἔχειν.

Ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε] Et ex hoc, & ex ſequentibus locis, voluerunt oſtendere viri docti , epiſtolam hanc non eſſe Ignatii, vel ſaltem hanc partem ; quod in ea tot Latina vocabula occurrerent. Nam, inquiunt, itane rudis fuit Ignatius linguæ Græcæ, ut neſciret, quid *depoſitum*, quid *accipere*, quid *deſertorem*, ſermo Græcus vocet ? Fefellit, ut puto, viros doctiſſimos judicium ſuum. Omnia enim hæc verba deſumta ſunt ex militia, & jure Romano; neque Græcis minus nota, quam Romanis ; imo etiam vernaculis notiora. Quis eſt, qui neſciat, omnia militaria vocabula etiam apud Græcos obtinuiſſe ? Hoc qui ignorat, nunquam Tacticos legit ; è quibus diſcere eſt , non tantum officia , partes exercitus, militum exercitia, ſimiliaque : ſed etiam leges militares La-

 tine

tine fuiſſe ſcriptas, & recitatas. Eadem quoque eſt ratio in jure Græco-Romano, cujus innumera vocabula, una cum imperio, in Græciam fuere tranſlata. Hoc nos neſcire non patiuntur veterum Iuriſconſultorum libri. Non itaque mirandum, ſi notiora forent vulgo vocabula iſta, ὀψώνιον pro ſtipendio militari, δεσέρτωρ, δεπόσιτα, ἄκκεπτα; quam illa, quæ antiquioribus Græcis in uſu fuerant. In actis Smyrnææ Eccleſiæ de Polycarpo, habes κομφέκτωρ, & ſexcenta alibi id genus, etiam in libris novi fœderis. Miror autem, quid veteri interpreti in mentem venerit, ut pro *deſertore* ſubſtitueret *ocioſum*. Quis enim neſcit in militia deſertores vocari λειποτακτοῦντας? Poſterior ætas non eos tantum; ſed & rebelles & proditores ita adpellat.

Ἐν ἀμεριμνίᾳ θεοῦ] Vetus interpres, *in ſollicitudine Dei*. Vertendum erat, *in ſecuritate Dei*; vel, ut ille ſcripſit, *in inſollicitudine Dei*.

Ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν μαθητὴν] Qui Pſeudoignatium nobis ſuppoſuit, legit; ἐν τῇ αἰτήσει ὑμῶν μαθητὴν. Atque ita quoque vetus interpres vertit, & proculdubio veriſſima eſt hæc lectio. Paulo poſt malim legere, ὃς δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι, ex vulgatis, & veteri verſione. Θεόδρομος eſt, qui ſupra in epiſtola ad Smyrnæos vocatur θεοπρεσβύτης.

Τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας] Proba eſt hæc lectio, ut quidem puto. Interpres attamen videtur legiſſe, τὸ σύντομον τῆς ἀληθείας. Vertit enim, *compendium veritatis*.

Ἵνα δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ ὡς ἄξιος ὤν] Ita hæc diſtinguenda. Vetus enim verſio, & novi interpretes, male hæc diſtinguendo, malum quoque effecere ſenſum. Fruſtra quoque fuere, qui locum hunc corrigere voluerunt. Locutio enim hæc ſatis ſolemnis apud Græcos, neque ipſi Ignatio inuſitata: ut qui cum alibi, tum etiam in initio epiſtolæ ad Epheſios dicat; τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα ὃ κέκτησθε &c.

Ἔσται

Ἔστω ἡ χάρις μετ᾽ αὐτοῦ διαπαντὸς] Ex verſione antiqua, & vulgatis, ita legendum videtur; ἔσται ἡ χάρις μετ᾽ αὐτοῦ διαπαντὸς, καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν πολυκάρπου. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς διαπαντὸς ἐν θεῷ ὑμῶν &c. Niſi forte Florentini codicis lectio ſit melior. Supra enim dixit, concilium convocandum, ut ſtatueretur, quis in Syriam eſſet mittendus. Itaque penes Polycarpum ſolum non erat hujus rei arbitrium; quod tamen ex altera lectione conſequi videtur. Sed ſciendum, quod quamvis tales ab Eccleſiis & presbyteriis ordinabantur, tamen ab Epiſcopis miſſi dicerentur, vel quod ipſi eſſent primi Presbyterorum, vel quod talium decretorum eſſent executores. Ita Polycarpus de hac ipſa re loquens inquit; ὅπερ ποιήσω ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα, καὶ περὶ ὑμῶν. Quæ verba adprimè conveniunt cum Ignatianis. Quoniam enim quædam Eccleſiæ miſerant Epiſcopos ſuos Antiochiam, ut adparet ex epiſtola ad Philadelphenſes; eo adhuc incertus erat Polycarpus, utrum ipſe eo mittendus eſſet, an vero alius quiſpiam Presbyter, ſive Diaconus.

IN EPISTOLAM

AD EPHESIOS.

Ἐν θελήματι τοῦ πατρὸς] In vulgatis eſt, θεοῦ πατρός. Et paulo poſt recte codex noſter; ἐν ἀμώμῳ χάριτι, non χαρᾷ, ut vulgo.

Ἀποδεξάμενος ἐν θεῷ τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα] Si quiſquam, certe nec ego ſoleo amare argutias, quas quidam captant ex verborum ſimilitudine. Quemadmodum itaque in Sophiſtarum

ſtarum & Comicorum ſcriptis, & ſermonibus, ſi tempus & occaſio patiatur, id ferendum eſt; ita raro in ſeriis, in ſacris vero nunquam. Itaque non laudo eos, qui jejunam aliquam paronomaſiam hic quærunt, in vocibus, Ἔφεσος, & ἔφεσις: tanquam ideo dixerit Ignatius, τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα, vel, ut vulgo male legitur, τὸ πολυπόθητον ὄνομα, &c. cum certum ſit, πολυαγάπητον ὄνομα Ἐφεσίων idem eſſe, quod ſit, πολυαγάπητοι Ἐφέσιοι. Quæ loquendi formula ſatis frequens apud antiquos. Ita τὸ Θηβαῖον ὄνομα, pro Thebanis apud Æſchylum: *& felix nomen agelli*, pro felici agello, apud Valerium Catonem in Diris. Sed & ipſe Ignatius in Epiſtola ad Smyrnæos ad finem; ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Et in principio Epiſtolæ ad Magneſios; καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου &c. Crediderunt viri docti, hic alludi ad nomen Chriſtianum: ſed certum eſt, hæc omnia ita, ut dixi, eſſe intelligenda.

Μιμηταὶ ὄντες θεοῦ] Interpres vetus hic adjungit, *glorificato Ieſum Chriſtum Deum*; forſan ut ſenſum impleret, qui neque hic, neque in ſequentibus periodis, ſatis abſolvitur. Adeo ut hoc ego loco elegantiam requiram, quam alii, ut nimiam, in hoc ſcripto reprehendunt.

Ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ] Hæc omiſſa ſunt à veteri interprete, & pro eo nihil aliud repoſitum, quam, *videre feſtinaſtis*. Quæ verba ab otioſa manu irrepſerunt. In Pſeudoignatio, ut penè omnia, ita hæc quoque aliquantum depravata ſunt.

Συνδούλου μου Βούῤῥου] Male in Pſeudoignatio Βίῤῥου, male in veteri verſione *Borro*. Burrhus eſt nomen Romanum, ſatis vulgare; non autem Birrus, Byrrus, aut Borrus.

Εὔχομαι παραμεῖναι αὐτόν] In Pſeudoignatio additur ἄμωμον, quod neque vetus agnoſcit verſio. Male quoque mox redditur, *ſuſcipi*; ubi eſt in Græco ὑπαλειφθῆναι, tanquam

quam ſi ſcriptum fuiſſet ὑπολειφθῆναι. Sed nullus eſſet finis, ſi errores veteris interpretis commemorare foret animus.

Μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ] Lege, ὄντες.

Τοὺς ἐγκεκραμένους οὕτως] In vulgatis epiſtolis ita, ut hic, reſcribendum eſt. Male enim in iis, ἀνακρεμαμένους.

Εἷς ἰατρός ἐστιν σαρκικός τε καὶ πνευματικός] Vetus interpres cum hac lectione convenit. Apud Theodoretum Dial. 1. legitur, γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου. Noſtram tamen lectionem probat Athanaſius de Synodis, & Gelaſius de duabus naturis. Illud vero, quod ſequitur, ita videtur legendum, conſentientibus Athanaſio, Theodoreto, & Gelaſio; ἐν ἀνθρώπῳ θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή. Lege quoque deinceps; πρῶτον παθητὸς, καὶ τότε ἀπαθὴς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ex Theodoreto, Gelaſio, & veteri verſione.

Περίψημα ὑμῶν καὶ ἁγνίζομαι ὑμῶν] Locus proculdubio corruptus, & quem non recte tranſtulit vetus interpres, ſed obſcuriorem reddidit. Scribe; περίψημα ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ἅγνισμα ὑμῶν Ἐφεσίων &c.

Θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι, &c.] Nihil hic eſt mutandum. Vetus interpres vertit, *templiferi*. Intelligendum autem iſtud non de materiato templo, ſed de ſpiritali, quod in pectoribus noſtris erigere debemus.

Ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς] Male in vulgatis, ἐπιστρέψατε.

Ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν] Male & hic Pſeudoignatius, χαράν.

Οἳ καὶ τοῖς Ἀποστόλοις πάντοτε συνῄνεσαν] Hæc eſt vera hujus loci lectio. Nam apud Pſeudoignatium non recte legitur συνῆσαν.

Ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται] Ita repoſui, prout etiam eſt in vulgatis; cum prius ſcriberetur, κατάρχεται. Ac jam antea ſic locum hunc emendaverat Ampliſſimus & maximus Senator, CLAVDIVS SARRAVIUS; quem virum pluribus

prædicare hic, tanquam *ἐν παρόδῳ*, non eſt mei inſtituti. Vtcunque enim laudetur, ſemper id obiter factum eſſe videri poſſit. Malo itaque ſummas ejus viri virtutes ſacro quodam ſilentio venerari, quam verborum tenuitate deterere.

Οἱ οἰκοφθόροι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι] Vetus interpres vertit, *domus corruptores*; recentior, *maſculorum concubitores*; Heſychius, *οἰκοφθόρους, μοιχούς*. Sed non mœchos fɔlos hic Ignatius vocat *οἰκοφθόρους*: verum & illos, qui in aliorum liberos contra naturam peccent, vel potius hos ſolos.

Μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν] In veteri interprete ſcribendum videtur; *ne captivet vos ex præſenti vivere.*

Ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν] Apud Pſeudoignatium non recte legitur; *τῶν λεγομένων δυνατῶν*. Totum vero hunc locum, prout hic legitur, citat quoque Theodoretus Dial. 1; excepto quod, pro iſtis, *ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ*, legerit, *ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ*. Cum noſtra lectione facit vetus verſio.

Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου] Hic locus mirum in modum multos exercuit. Vide, quæ ad eum annotavit Armachanus. Inſtar vero commentarii eſſe poſſint verba veteris Theologi, quæ ex libro quodam noſtro manu exarato deſcripſi: *Tria fuerunt, quæ diabolum latuerunt; partus ſcilicet divinus; virginitas matris ſalvatoris, & paſſio redemtoris. Paſſio namque Salvatoris, diabolum latuit; quia ſicut Apoſtolus ait; ſi cognoviſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Partus autem divinus illum latuit, quia ignoravit, quomodo Dei filius in utero virginis incarnari voluit. Latuit illum virginitas Dei genitricis, quomodo ſcilicet virgo ante partum, virgo poſt partum permanſerit.* An fragmentum hoc deſumtum ſit ex Hieronymo, an vero Ambroſio, aut alio, quærant ii, qui non niſi oculis ſuis credunt.

Ego

Ego tanta temporis jactura, non emerim tam levis deſiderii ſatisfactionem.

Τρία μυστήρια κραυγῆς] Ita quoque Pſeudoignatius, & vetus interpres. Itaque non probo id, quod apud Andream Hieroſolymitanum legitur, τρία μυστήρια φρικτά. Similis locutio in ſacris ſcripturis, ἡμέρα σάλπιγγος, καὶ κραυγῆς.

Καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας] Male in vulgatis legitur; καὶ πᾶς θεσμός &c.

Θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου] In Pſeudoignatio non recte eſt φαινομένου.

Ὅτι οἱ κατ᾽ ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι &c.] Ex veteri interprete adparet, hunc locum non eſſe integrum. Commode itaque opem ferunt veteres Patres; à quibus hæc verba citantur: nimirum Theodoreto Dial. 1, & Gelaſio de duabus naturis. Sic ex iis lege; κοινῇ οὖν πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ κατὰ σάρκα &c. Illud, quod ſequitur, retineo; quoniam & ita vetus habuerit verſio. Quamquam iidem illi Patres hoc modo citarint; τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ.

IN EPISTOLAM

AD MAGNESIOS.

Ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι] Locus hic non tantum ſanus eſt, ſed tam etiam perſpicuus, ut patrono, aut interprete, non egeat. Miror aliquos hic reponere, quod vix Græcum ſit. Vide quantum illud corrigendi κακόηθες bonis ſæpe noceat libris.

Καὶ διαφυγόντες θεοῦ φευξόμεθα] Depravatus locus. Pſeu-

doignatius hunc decurtavit. Vetus interpres non intellexit. Lege, ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου διαφυγόντες θεοῦ τευξόμεθα. Nihil certius.

Καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χρ.] Adjectum eſt in veteri verſione; *Glorificato Deum patrem, Domini Ieſu Chriſti.* Quæ etiam verba addita ſunt initio Epiſt. ad Epheſ. Sed cui non diſpliceat ſiniſtra hæc liberalitas ſua infercientium pro Ignatianis.

Μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου] Συγχρᾶσθαι in Actis Apoſtolorum eſt *coüti.* Similiter in gloſſis veteribus & in veteri interpretatione; *Sed & vos decet non couti ætate Epiſcopi.* Hæc tranſlatio obſcura eſt, ſi vocabulum illud ita reddatur: quod tamen aliter reddi neque debet, neque poteſt. Dicit autem Ignatius; non debere illos cöuti, id eſt, tanquam commodato accipere, & ad ſe pertrahere ἐπισκοπὴν illam juvenis iſtius Epiſcopi. In illa quoque ſignificatione exſtat id verbi apud Polybium.

Τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος] Pſeudoignatius λόγον hic interpretatur ἀναφοράν. Quomodo & apud Mathematicos vocabulum iſtud accipitur. Sed tum melius legeretur; τοῦ γὰρ τοιούτου οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς θεόν.

Τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει, καὶ ἀγάπησα] Quamvis ita exaratum in codice Florentino; non dubito tamen, quin verum ſit ἀγάπῃ: quod repoſui, ratione ita jubente, & veteri interprete. In codice tamen illo, unde formatus eſt Pſeudoignatius, ita quoque ſcriptum fuiſſe, prorſus eſt veriſimile.

Μηδεὶς κατὰ σάρκα κλεπτέτω τῷ πλησίον] μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον. Ita videntur reperiſſe vetus interpres, & Pſeudoignatius.

Εἰς τόπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας] Vetus interpres legit, εἰς τύπον, καὶ διδαχήν.

Εἷς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς] Interpres & Pſeudoignatius ita hunc locum legiſſe videntur, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός, &c.

Πάντες

p.34. Πάντες οὖν ὡς εἰς ναὸν συντρέχητε θεοῦ] Inepte deformavit hæc Pſeudoignatius. p.146. Vnde adparet, & jam ejus ævo corruptum fuiſſe hunc locum. Lege; πάντες οὖν ὡς εἰς ἕνα ναὸν συντρέχητε θεοῦ. Probat hanc lectionem interpres antiquus.

Κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν] Legit interpres; κατ᾽ Ἰουδαϊσμόν. Et certe hæc lectio ferri non poteſt. Quod ſi τὸ νόμον abjicere nolis, legendum eſſet, Ἰουδαϊκὸν, vel potius, κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμοῦ ζῶμεν. Sed non puto. Omnino verum eſt, Ignatium ſcripſiſſe, κατὰ νόμον ζῶμεν. ΝΟΜΟΣ ſpecialiter in veterum Chriſtianorum libris accipitur pro lege Moſis. Quod cum neſcirent iſti magiſtri, qui Ignatium depravarunt, alterum pro Gloſſa addidere.

Ἐμπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος] Pſeudoignatius legit; ἀπὸ τῆς χάριτος.

Λόγος ἀΐδιος οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών] Si putarem, vel minimum obſtare hunc locum, quo minus genuinę hæ viderentur epiſtolæ: contenderem equidem, verba iſta eſſe inferta ab antiquiore aliquo interpolatore, quam noſter ille vulgatus. Tametſi vero crebro id uſu venire videamus: quemadmodum in tot exemplis arguunt quoque noſter Ignatius, & Barnabæ epiſtola, ut poſtea liquebit: nihil tamen opus eſſe puto, ut talia effugia quæramus. Illud quidem non negaverim, ſi locus hic ſit ſanus, & hæc deſumta ſint ex hæreſi Valentiniana; actum videri de epiſtolis Ignatianis. Sed ut hoc credamus, nulla nos adigit neceſſitas: & forſan verum non eſt, ut ſtatim videbimus. Vel hic enim locus ſatis indicat, Valentinum non fuiſſe primum, qui λόγον ἀπὸ Σιγῆς ortum eſſe dixerit. Quod ſi, ut idem ex aliis demonſtremus, conjecturis uti liceat; ne illæ quidem deſunt. Ex omnibus veteribus nemo eſt, qui ſcripſerit, Valentinum novam ſectam, aut novas condidiſſe opiniones: omnes illum veterem opinionem reſuſcitaſſe ajunt. Theodoretus, poſtquam de

 illis

illis hæreſibus egit, quæ Valentinum præceſſere, pergit; ἐκ τούτων πασῶν τῶν αἱρέσεων ὁ Βαλεντῖνος λαβὼν ἀφορμὰς τοὺς ἀπεράντους αὐτοῦ συνέθηκε μύθους. Tertullianus de eodem; *cujuſdam veteris opinionis ſeminia nactus, Colorbaſo viam delineavit.* Et omnium antiquiſſimus Irenæus; ὁ μὲν γὰρ πρῶτος, ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀρχαίας, εἰς ἴδιον χαρακτῆρα, διδασκαλίας μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος. Nihil itaque aliud fecit Valentinus, quam quod veteres hæreſes in meliorem ordinem digeſſerit; &, ut ait Irenæus ἴδιον illis χαρακτῆρα dederit. Nam quamvis & inter illos hæreticos, qui Valentinum præceſſere, alii alios ſecuti ſint, & magnam partem hæreſis ſuæ ex aliena conflarint: quoniam tamen eorum opiniones non plane eædem fuere ac deceſſorum; ideo SS. Patres, tanquam de diverſa hæreſi, loquuntur. De hoc autem hæretico longe aliter, tanquam de eo, qui veterem & obliteratam hæreſim renovarit. Quod ſi inter antiquiores ſectas nuſquam reperiatur venuſtula illa Dea, Σιγὴ inquam, cogitandum, nos minimam habere partem hæreſeon: cum veteres Patres vix præcipuorum hæreticorum ſectas, & dogmata, retulerint; multo autem minus eorum æqualium, & diſcipulorum, quorum tot opiniones fuiſſe produnt, quot capita; totque appellationes unius ejuſdemque rei, ut omnes promere, foret tædioſum. Fieri ergo potuit, ut non unum habuerit nomen illa Σιγὴ, cum & poſtea Valentiniani diverſis illam modis adpellarint: nam & χάριν, & ἔννοιαν, eam vocabant. Itaque forſan antiquioribus Gnoſticis, & Baſilidianis, à quibus maximam partem hæreſis ſuæ accepit Valentinus, idem plane fuerit, Νοῦς, Ἔννοια, Χάρις, & Σιγή: quas poſtea ideas diſtinxerit Valentinus. Præterea non ipſe eſt, qui primus commentus ſit Σιγήν. Tranſlatum hoc ex veteri Comico Antiphane. Ille enim, in Theogonia de Nocte & Silentio, Chaos emiſſum dixit, dehinc de Chao & Nocte Cupidinem, & Lumen, & reli-

& reliquum primæ generationis. Poſtea ſecundam deorum generationem finxit, & deos ſecundarios; item mundi & hominum creationem &c. Ex hoc Antiphane Valentinus, & illi, qui ante eum fuerunt Gnoſtici, omnes ferme ſuas genealogias, & æonas, deſumſerunt, mutatis tantum nominibus. Non enim minus diligenter Gnoſtici illi antiquiores poëtas Græcos legebant, quam forſan ipſe Valentinus. Ex Philiſtione, & aliis poëtis, plurima illos deſumſiſſe, veteres produnt. Hinc eſt, quod Epiphanius, agens de illis Gnoſticis, qui ante Valentinum fuere, dixerit, Græcos Poëtas, eorumque fabulas, occaſionem omnibus ſectis dediſſe. Idem alibi, de Valentino loquens, ſatis oſtendit, & alios fuiſſe, qui ex poëtis illis hæreſes ſuas formarint, quos ipſe tantum ſecutus ſit; καὶ αὐτὸς τὴν ἐθνόμυθον ποίησιν εἰς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν λαβὼν, καὶ ἀπὸ τῶν σὺν αὐτῷ καὶ πρὸ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας ἐκπεπλωκότων τὴν ὑπόνοιαν κτησάμενος. Et hæc quidem certiſſima, & veriſſima eſſe puto. Illud præterea in conſiderationem venit, quod veterum nemo indicarit, quando Valentinus à vera religione defecerit. Illud quidem ex Tertulliano conſtat, quare hæreticus factus ſit; nimirum quod Epiſcopatu excidiſſet: ſed tempus ἀποστάσεως non addidit. Apud Euſebium legitur, illum agnitum fuiſſe anno Chriſti, CXLIV. Sed uti poſtea, ita quoque jam ante innotuerat. Et ille mos loquendi ſatis frequens eſt Euſebio; quod nulli non eſt notiſſimum. Romam vero veniſſe ſub Hygino Papa, teſtis eſt Irenæus. Higynus is conſtitutus eſt anno CXL, ſecundum Euſebium. Scio quidem, alios aliter numerare, qui Cletum volunt addere; ſed eorum calculus antiquis plane refragatur. Neque tum demum, cum Romam veniſſet, à fide orthodoxa deſcivit; ſed jam diu antea id factum. Sparſerat enim jam hæreſim ſuam per multas Ægypti provincias. Quando autem cœperit, difficile ſit dictu. Interim negari

non

non poteſt, fieri potuiſſe, ut vivo etiamnum Ignatio, multos ſeduxerit, ſi non palam, ſaltem clam. Atque eo id credibilius, quod apud Clementem citetur epiſtola ejus ſcripta ad Agathopodem; qui comes fuit Ignatii, & una cum eo paſſus videtur. Plura adferrem, niſi hæc putarem ſufficere. Pergamus.

Εἰς καινότητα ἐλπίδος ἤλυθον] Ita quoque legit vetus interpres. Perperam in vulgatis, κενότητα.

Μὴ οὖν ἀναισθητῶμεν] Pſeudoignatius, Ἀναίσθητοι ὦμεν.

Ἂν γὰρ ἡμᾶς μιμήσεται καθὰ πράσσομεν, οὐκ ἔτι ἐσμέν] Deus nos imitatur, cum malum malo compenſat. Hoc eſt, cum pro malo culpæ reddit malum poenæ. Et hoc quidem pacto ſubſiſtere poteſt hæc ſcriptura; quamvis obſcuriuſcule; quæ clarior erit, ſi legatur, τιμήσεται. Alteram tamen lectionem expreſſit etiam Pſeudoignatius. Vetus interpres reddidit; *perſequitur*.

Ἁλίσθητε ἐν αὐτῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν] Hæc veriſſima, & optima lectio. Male eſt in vulgatis codicibus, αὐλίσθητε. In veteri interprete ſimiliter ſcribendum eſt; *ſalificemini*; non *ſalvificemini*.

Ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὁρμῆς ἐλεγχθήσετε] Scribe; ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἐλεγχθήσεσθε.

Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν] Male in vulgatis; οὐκ ἐπέγνων.

Ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει] Vulgo; πληροφορεῖσθαι.

Κατευοδωθῆτε σαρκὶ καὶ πνεύματι] Vulgo, κατευοδωθήσεται.

Συντόμως παρεκάλεσα ὑμᾶς] Παρεκάλεσα in Pſeudoignatio; & ſtatim poſt; ἀποδέομαι γὰρ τῆς ἠρωμένης &c. non ita bene, atque hic.

Κεκτημένοι διάκριτον πνεῦμα] Omnino ſcribendum, ἀδιάκριτον: uti & vetus interpres, & Pſeudoignatius, legerunt.

IN EPI-

IN EPISTOLAM

AD PHILADELPHENSES.

Ἐν τῷ πάθει τοῦ κυρίου ἡμῶν] Addit vetus interpres, Ἰησοῦ Χριστοῦ; & paulo poſt, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει : uti & Pſeudoignatius.

Πολλοὶ γὰρ λύκοι ἀξιόπιστοι] Non puto id, quod putabat vir clariſſimus, legendum hic eſſe, ἀξιόποινοι, vel ἀξιομίσητοι. Vox enim hæc ἀξιόπιστος, non tantum accipitur, de illis, qui fide digni ſunt; ſed etiam de iis, qui tales videntur. Vide adulterinam Ignatii epiſtolam ad Heronem; ubi vox illa ſimiliter intelligenda. Ita quoque Lucianus Alexandro ψευδομάντει adtribuit orationem πιθανὴν, καὶ ἀξιόπιστον, καὶ ὑποκριτικὴν τοῦ βελτίονος. Similiter & hic apud Ignatium in malam accipitur partem iſthoc vocabulum. Idem eſt, λύκοι κατ' ἀξίαν πιστευόμενοι, ut loquitur infra in epiſt. ad Trallianos.

Διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς φυτείαν πατρός] Pſeudoignatius, & vetus interpres, recte legerunt, αὐτάς.

Ἀλλ' ἀποδιϋλισμένον] Scribo, ἀποδιϋλισμόν. Nihil certius.

Οὗτοι θεοῦ εἰσιν] Interpres videtur legiſſe, καὶ οὗτοι θεοῦ εἰσιν. Paulo poſt eſt, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομεῖ, ubi Pſeudoignatius egit, κληρονομήσει.

Ὡς ἔτι ὢν ἀνάρπαστος] Verum eſt, jam raptum fuiſſe è Syria Ignatium Romam verſus, cum hæc ſcriberet. Qui tamen ſequentia adtenderit, mavelit proculdubio legere, ἀναπάρελκτος. Adprime tamen bene Ignatio convenit alterum vocabulum. Nam eos qui ex provinciis revocabantur, & violenter quodammodo retrahebantur, proprie ἀναρπάστους

dixere veteres. Dixerit itaque Ignatius, ſeſe quidem eſſe ligatum, & abductum (ἀνάρπαστον) è provincia ſua ; nondum tamen certum eſſe de fine ſuo, & propterea nondum perfectum. Plura tamen faciunt pro altera lectione.

Ἵνα ἐν ᾧ κλήρῳ ἐλέχθην] Typographorum eſt error, quod ita excuſum ſit, pro ἠλεήθην, quæ eſt lectio codicis Florentini : atque eandem etiam agnoſcit vetus verſio ; ut jam obſervatum Armachano.

Καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν] Melior eſt interpretis lectio ; καὶ εἰς χριστὸν ἐλπίζειν.

Τάφοι νεκρῶν ἐφ' οἷς γέγραπται μόνον ὀνόματα ἀνθρώπων] Simile illud Laberii de ſeipſo ;

Sepulcri ſimilis nihil niſi nomen retineo.

Seneca Epiſt. LV. *Nunquam aliter hanc villam Vatia vivo præteribam, quam ut dicerem*; VATIA HIC SITVS EST.

Ἐξασθενήσεται ἐν τῇ ἀγάπῃ] Lege ; ἐξασθενήσετε.

Οἱ δὲ πλέοντές με, ὡς προειδότα τὸν μερισμὸν] Omnino reſcribendum eſt, οἱ δ' ὑποπλεύσαντές με &c. ut & Pſeudoignatius, & vetus interpres, legerunt.

Τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν λέγων τάδε] Repone, λέγον ; ut Pſeudoignatius. Paulo poſt malim quoque legere ex eodem : πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίησιν ὁ κύριος.

Ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω] Similiter legit interpres. Ἀρχαίοις hic eſt, τοῖς ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένοις, ut interpretatur Heſychius. Atqui tales ferme ſunt omnes novi fœderis libri. Non itaque hoc voluiſſe videntur illi, quos hic indicat Ignatius. Neq; enim negabant, euangelia eſſe ſcripta ab illis, qui Chriſto fuiſſent σύγχρονοι, & conſequenter eſſe vetera : ſed negabant, hiſtorias illas, quæ ibi referuntur, alibi reperiri. Melior itaque eſt lectio Pſeudoignatii, quam & ſequentia videntur adprobare : Ἐν τοῖς ἀρχείοις. Gloſſæ, Ἀρχεῖον, *commonumentum*. Ita corrige.

Satis

Satis autem bene hoc vocabulum ita redditur. Nam *monumenta*, ἱστορίαι, συγγραφαὶ ἀρχαῖαι, ut Gloſſæ interpretantur. Itaque *commonumenta* ſunt illa, quæ iſti, contra quos Ignatius hic diſputat, inveniri negabant.

Ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι πρόκειται] Pſeudoignatius verba hæc, forſan, quod non caperet, more ſuo, omiſit. Vetus autem interpres & ipſe quidem reddidit ; ita tamen , ut non magis Latina, quam Græca, poſſint intelligi. Si addideris particulam negativam , habebis ſenſum loco convenientiſſimum. Οὐ πρόκειται hic eſt, οὐ παράκειται, ut ſæpe.

Κρείσσων ἢ ὁ ἀρχιερεὺς &c.] Nihil clarius , quam per ἀρχιερέα hic intelligi Chriſtum. Vulgatus vero Ignatius depravavit, more ſuo, omnia hæc, & epiſcopis ea adtribuere voluit: cum tamen in primitiva Eccleſia vocabulum ἀρχιερέως , neque epiſcopo , neque alii cuipiam ordinis eccleſiaſtici, unquam fuerit adtributum. Soli enim tribuebatur Chriſto.

Χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι] Repoſuit hic Pſeudoignatius, Ἐπίσκοπον. Quod tamen opus non erat. Nam non minus ad tales πρεσβείας eligebantur Diaconi , quam aut Epiſcopi, aut Presbyteri ; ut adparet ex iis, quæ ſtatim ſubdit Ignatius, cum dicit, quaſdam Eccleſias Antiochiam miſiſſe Epiſcopos, alias Presbyteros, alias vero Diaconos. Quin ſæpius tale ad miniſterium eligebantur Diaconi, quam aut Presbyteri, aut Epiſcopi. Neque enim illi ita commode ab Eccleſiis ſuis poterant abeſſe. Præterea cum iſtiuſmodi πρεσβεῖαι munera ſint ὑπηρετικὰ, magis ea videntur propria fuiſſe Diaconorum.

Εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς] Perperam apud Pſeudoignatium legitur, συγχωρηθῆναι. Paulo poſt ; καὶ δοξάσαι τὸ ὄνομα. Addidit alter Ignatius, τοῦ θεοῦ, quod non erat opus ; ut ex ſimilibus locis adparet.

Φίλωνος τοῦ διακόνου ἀπὸ Κιλικίας] Pſeudoignatius ita hæc

accepiſſe videtur, tanquam ſi Philo teſtimonium à Cilicibus conſecutus fuerit. Sed ſi verum ſit, quod legitur in epiſtola ad Tarſenſes, illum fuiſſe Tarſi Diaconum;non dubito,quin illud, ἀπὸ Κιλικίας, referendum ſit ad præcedens; non autem ad id quod ſequitur. Ἀνδρὸς autem μεμαρτυρημένου reddendum eſt, *viri martyris*, vel, *confeſſoris*: non, ut quidam voluerunt, *vir teſtatæ probitatis*. Martyres enim non tantum dicebantur ii, qui ſanguinem ſuum pro fide Chriſtiana effudiſſent; ſed etiam illi, qui omnis generis mala, perſecutiones, captivitates, & tormenta, conſtanti animo pertuliſſent.

IN EPISTOLAM

AD TRALLIANOS.

Τραλλιανοῖς] In hactenus divulgatis eſt, Τραλλησίοις. Atque ita quoque vetus legit interpres. Scio quidem, gentilitia multis ſæpe modis inflecti; ſed cum ab hoc vocabulo ejus rei exemplum non occurrat, & à Trallibus fiat ἐθνικὸν Τραλλιανός: veriſſima omnino eſt Florentini codicis lectio.

Ἐν σαρκὶ, καὶ αἵματι, τῷ πάθει] Legas cum interprete, καὶ τῷ πάθει. Qui Pſeudoignatium nobis ſuppoſuit, quare hic legerit, καὶ τῷ πνεύματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, nemo, ut opinor, rationem poſſit reddere; uti neque cæterorum;quæ ille neſcio,utrum animo ſequiori, an majori licentia, in pejus mutarit.

Ἄμωμον διάνοιαν καὶ ἀδιάκριτον] Alter Ignatius, ἀνυπόκριτον. Et paulo poſt idem; οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ κτῆσιν. Sed merito hæc lectio ſuſpicionem quaſi parum foret genuina, injecit

cit viris doctis. Quid enim? an illa vera fides, & pietas, quæ ſine uſu, & exercitio eſt? Vide, quanto melior ſit libri Florentini lectio; quæ id ait, Trallianorum fidem, & conſtantiam, non poſſe tantum cognoſci ex quotidianis eorum exercitiis, & bonis operibus; ſed etiam ex naturali eorum bonitate. Ita enim accipienda hæc Ignatii verba, atque ſi ſcripſiſſet, *οὐ κατὰ χρῆσιν μόνον, ἀλλὰ κατὰ φύσιν*, idque ſatis trito loquendi genere.

Καὶ οὕτως μοι συνεχάρη] Male Pſeudoignatius, *οὗτος*. Sed & ſequentia ita in vulgariis exemplaribus corrupta leguntur, ut viri docti multum, fruſtra licet, ſeſe torſerint. Solus Armachanus veram lectionem reddidit, quam nos Florentini codicis ſcriptura confirmamus.

Ἔδοξα εὑρὼν ὑμᾶς, ὡς ἔγνων, μιμητὰς ὄντας θεοῦ] Nihil hic juvat Pſeudoignatius. Vetus interpres legit, *ἐδόξασα*. Sed ne tunc quidem locus fuerit ſanus. Scribe; *ἔδοξα εὑρεῖν ὑμᾶς* &c. locutione ſatis nota.

Φαίνεσθέ μοι οὐ κατὰ ἀνθρώπινον ζῶντες] Repone, *τὸ ἀνθρώπινον*. Paraphraſtes, *κατὰ ἄνθρωπον* legebat.

Ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ] *ὑποτάσσεσθε* habet codex Florentinus, non uti male editum eſt *ὑποτάσσεσθαι*. Quamvis & Antiochus ſermone CXXIV, & vetus ita legerit interpres.

Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστήριον] Scribe ex altero Ignatio, & veteri interprete, *μυστηρίων*. Senſum non percepere interpretes; qui tamen ſatis eſt clarus. Dicit enim; Non debere eſſe quemquam, cui non placeant omnibus modis Diaconi. Illos enim non eſſe miniſtros eſculentorũ, & poculentorum; ſed miniſtros myſteriorũ Dei, ſive Sacramentorum. Ait itaq;, Diaconos quidem immunes eſſe debere ab omni peccato; & ut ipſos decet, vitare crimina, tanquam ignem: alios vero debere tales debita reverentia proſequi. Miror autem, Antiochum,

 tiochum,

tiochum, qui Sermone CXXIV hæc Ignatii citat, ita illa mutaſſe, ut id, quod de Diaconis hic dicitur, Presbyteris adtribuat: modo apud illum locus ſit integer, nec aliqua exciderint verba.

Οὐ γὰρ βρωμάτων, καὶ ποτῶν, εἰσὶν διάκονοι] Apud Antiochum legitur, βρωμάτων, καὶ πομάτων.

Ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον, ὄντα υἱὸν τοῦ πατρός] Etiam interpres codicem corruptum ſecutus, ut puto. Antiochus autem nos hoc loco juvare poteſt: apud quem eſt; καὶ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τὸν πατέρα. Ac ſimiliter legiſſe Pſeudoignatius videtur. Paulo poſt repone, καὶ ὡς σύνδεσμον ἀποστόλων.

Οὗ αὐτὸ τὸ κατάστημα μεγάλη μαθητεία] Ad hunc locum adnotavit magnus Salmaſius; non bene ab interpretibus hæc verba eſſe accepta, qui reddiderunt, *cujus animi modeſtia*. Dicere enim Ignatium, ſe charitatis eorum exemplar in illorum cepiſſe epiſcopo; cujus hoc ipſum eſſet κατάστημα: hoc eſt, conſtitutio animi, quæ ad charitatem facit. Quaſi diceceret, ex veſtro Epiſcopo, qui charitatis eſt pleniſſimus, etiam collegi vos omnes charitate abundare. Sequens autem locus ex omnibus Ignatianis eſt corruptiſſimus. Cui explicando quoniam ipſe non ſufficio, ſufficiat dæmonium illud hominis CL. Salmaſius. Ait itaque, ſequentia ita eſſe legenda; ὃν λογίζομαι, καὶ τοὺς ἀθέους ἐντρέπεσθαι ἀγαπῶντας. *quem exiſtimo & atheos ipſos revereri, & diligere*. Quod ſi ita legatur, ea, quæ ſequuntur, ſic eſſe emendanda minima mutatione, ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ πρότερον δυνάμενος γράφειν, ὑπὲρ τούτου οὐκ ᾠήθην, ἵνα μὴ ὢν κατάκριτος, ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι. Ὑπὲρ τούτου, *ea gratia*. Illud, ὡς τοῦτο, eſſe ex gloſſa. Mavult tamen, ut vox ἀγαπῶντας ad hanc periodum retrahatur, ἀγαπῶντας ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοὺς πρότερον δυνάμενος γράφειν &c. Ἑαυτοὺς, *vos*, quod eſt tralaticium apud Græcos. Hæc Salmaſius.

Οἱ γὰρ λέγοντές μοι μαστιγοῦσίν με] Pſeudoignatius ita habet;

οἱ γάρ με ἐπαινοῦντες μαστιγοῦσιν. Hic vero ſcribendum puto ; *οἱ γὰρ λέγοντές με μαστιγοῦσιν με. qui me loquuntur, flagellant me.* Id eſt, qui de me loquuntur : Quoniam vix id fieri poterat ſine laude. Ita Democritos, & Platonas, loqui, loqui theatra, apud Martialem, & apud alios millena alia id genus.

Ὁ γὰρ ζῆλος πολλοῖς μὲν οὐ φαίνεται, ἐμὲ δὲ πλέον πολεμεῖ] Et hic Ignatii interpolator contrarium plane ſenſum effinxit, addendo *τοῦ ἐχθροῦ*. Illum quoque ſecutus eſt Antonius Monachus in Meliſſa. Sed & Damaſcenus in Parallelis locum hunc citat: an vero aliter, quam hic, viderint ii, quibus liber is eſt ad manum. Non autem dubito, quin hæc veriſſima ſit lectio. Senſus eſt ; deſiderium conſequendi martyrii tanto ſibi majus eſſe, quanto minus id aliis adpareat. Sed quod ignoret, an ejus merita ſint, ut beneficium martyrii à Deo promereatur ; ideo moderatione opus eſſe, & frænandam eſſe nimiam illam concupiſcentiam. *Πρᾳότης* enim hic *ἐπιείκεια*, & proprie facultas illa, qua franguntur omnes animi affectus, ira, concupiſcentia, &c. Ita explicat Clemens Alex. locum illum euangelii ; *Beati mites.*

Καὶ δυνάμενος τὰ ἐπουράνια] Pſeudoignatius habet *δυνάμενος νοεῖν.* Sed & vetus interpres, cujus auctoritas ſemper potior, ita videtur legiſſe. Sic itaque repone.

Πολλὰ γὰρ ὑμῖν λείπει, ἵνα θεοῦ μὴ λειπώμεθα] Illud *λειπώμεθα* ſatis oſtendit, legendum hic eſſe *ἡμῖν*, non *ὑμῖν*. Interpretem nihil moror, neque hic, neque etiam paulo poſt; quem in codice ſuo *χρήσασθε*, & *ἀπέχεσθε*, reperiſſe cenſeo; pro eo, quod hic eſt *χρῆσθαι*, & *ἀπέχεσθαι*.

Οἱ καιροὶ παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστὸν] Niſi Pſeudoignatius, & vetus interpres, hic juvarent; vix poſſet ex ingenio iſte locus reſtitui. Et tamen error eſt leviſſimus. Ita enim legendum ; *οἱ καὶ ἰοῖς παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστόν* : quomodo & illi, quos dixi, in ſuis reperiſſe codicibus videntur.

Κατ'

Καὶ ἀξίαν πιστευόμενοι] Non ſunt iſta in veteri verſione. De hoc aute loquendi genere diximus ſupra ad Epiſtolam Philadelphenſibus miſſam. Paulo poſt ſcribe; Φυλάττεσθε οὖν τοὺς τοιούτους.

Καὶ τῶν διαταγμάτων τῶν ἀποστόλων] Improbe, & nefarie omnia hæc depravata ſunt à Pſeudoignatio. Alius longe ſenſus eſt in his verbis, quam ſit in illis, quæ ipſe commentus eſt. Nihil hic de veneratione Epiſcoporum ex præſcripto Apoſtolico, nihil hic de immenſa illa poteſtate Epiſcoporum ſupra reges, & principes terræ: concordiam tantum hic ſuadet Ignatius, & obſervationem præceptotum Apoſtolicorum. Vide, quæ de hoc loco annotarit Armachanus.

Ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὤν, καθαρός ἐστιν] Addendum videtur; ὁ δὲ ἐκτὸς ὤν, οὐ καθαρός ἐστιν. uti fuit in codicibus interpretis, & interpolatoris.

Ὁ χωρὶς ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτερίου, καὶ διακόνου] Scribo, διακόνων. Interpretem veterem non multum moror, qui & ita in ſuo codice reperiſſe videtur, πρεσβυτέρου, καὶ διακόνου. Niſi *Presbyterio* apud illum ſit ſcribendum.

Ὑμεῖς οὖν πραεῖαν εὐπάθειαν ἀναλαβόντες] Ita quidem excuſum eſt. Sed ex typographia vitium iſtud promanavit. In Florentino autographo erat, ὑμεῖς οὖν πρᾶ ὑπάθειαν ἀναλαβόντες &c. Scribe fidenter, πραϋπάθειαν. Heſychius; Πραϋπάθειαν, πραΰτητα. Πραότητα ſubſtituerat Pſeudoignatius.

Ἀληθῶς ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανεν] Hunc locum citat Theodoretus in ἀτρέπτῳ, qui nihil differt, niſi quod omittat τὸ, ἀληθῶς, quod tamen etiam vetus verſio agnoſcit. Tranſponit quoque aliquot verba, quæ præceſſere, & quæ mox conſequentur; quod nec operæ pretium monere.

Τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτόν] Sic & alibi. Quare non mutandum, τῷ δοκεῖν. Neque enim hoc magis Græcum eſt, quam alterum.

Ἄρα οὐ καταψεύδομαι τοῦ κυρίου] Similiter vetus legit interpres. Itaque recte vir maximus viderat, ejiciendam eſſe particulam negantem. Vide, in quot ſæcula perdurent tam leviculi errores. Nam, ſine dubio, genuinum eſt, ἄρα οὖν καταψεύδομαι τοῦ κυρίου. Porro Pſeudoignatius hic legebat, τοῦ σταυροῦ, non τοῦ κυρίου, quod tamen non probo. Neque enim opus mutatione.

Οὗ ἐὰν γεύσηταί τις παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει] Repoſuit Pſeudoignatius, οὗ ἐὰν γεύσηταί τις παραυτίκα ἀποθνήσκει. Illud poſtremum non erat rejiciendum. Idem enim eſt, παραυτὰ, & παραυτίκα. Neque tamen hoc ex illo contractum, ut aliqui putant; ſed παρ' αὐτὰ dicitur, ut παραχρῆμα, παραυτόθεν, ἐξ αὐτῆς.

Εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνοντο ἂν κλάδοι τοῦ σταυροῦ] Interpolator Ignatii omnia hæc ſuo more immutavit; εἰ γὰρ ἦσαν τοῦ πατρὸς κλάδοι &c. Quo quidem in loco κλάδοι, ut ſæpe alias, accipitur, tranſlata à plantis ad homines, & alia animalia, ſimilitudine. Ita apud Theophraſtum, in charactere μικροφιλοτιμίας, inſcriptio eſt in columella catelli mortui; ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ· *Soboles Melitæa* : qui locus non eſt ſollicitandus. Ita & in inſcriptione veteri, quam alias dabimus integram;

ΕΚ ΜΕΝ ΓΕΝΟΥΣ ΓΑΡ ΟΥΤΟΣ ΕΥΦΥΟΥΣ ΕΦΥ
ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΚΙΩΝ ΕΥΦΥΟΥΣ ΡΙΖΗΣ ΚΛΑΔΟΣ.

Sed de his nos plura ad Theophraſtum; cujus quem dixi, libellum, pluribus aliquando locis meliorem dabo.

Τοῦ θεοῦ ἕνωσιν ἐπαγγελλομένου ὅς ἐστιν αὐτός] Hæc, & quæ præceſſere, aut non habuit in ſuo codice Interpolator, aut non intellexit. Sed non omiſit vetus interpres; quæ ſuo in libro ita reperiſſe exiſtimo: ὅ ἐστιν αὐτός. Eaque proculdubio vera eſt ſcriptura.

Συμπαροῦσαις μοι ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, οἱ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν]

Si quis ad Grammatices canonas reſtringere iſta velit, legendum fuerit, αἱ κατὰ πάντα. Sed retinenda eſt hæc lectio, quam etiam vetus interpres agnoſcit. Eccleſia enim pro illis, qui Eccleſiæ erant membra. Non adfirmarem hæc, niſi toties viderem in Ignatio iſtam loquendi formulam occurrere. Interpolator ita hæc mutavit; ὧν οἱ ἡγούμενοι.

Ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον ὦ ἐν ὑμῖν γράψας] Pſeudoignatius hic repoſuit, ὑμῖν γράψας, omiſſa præpoſitione. Quod tamen non erat opus. Nam non hoc minus rectum eſt, quam alterum, & idem prorſus valet. Ita quoque infra, in epiſtola ad Romanos, ἐβασκάνατε ἐν οὐδενὶ, pro ἐβασκάνετε οὐδενί. Et obviæ ſunt apud optimos etiam auctores id generis locutiones.

Ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ] Si veteri interpreti fidendum ſit, addendum fuerit, τοῦ θεοῦ. Sed neque id neceſſarium; neque ita ſancte ſemper interpres Græca reddidit, quin & aliquando verbum unum, aut alterum, quamvis raro, de ſuo admenſus ſit.

Ἁγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα] Monſtrum lectionis. Vertit interpres; *Caſtificate veſtrum meum ſpiritum.* Quid hoc, rogo? Specioſius Pſeudoignatius ita reſcripſit, ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Quis credat tam inveterata in his epiſtolis eſſe vulnera, ut tempus, quo illa inflicta ſint, propius Ignatii, quam noſtrum accedat ſæculum? Credimus tamen vulgo, ſolos eſſe barbaros, qui tantum literis & literatis damnum intulerint. Sed certe ſemidoctorum labentis imperii Latinorum audacia plus detrimenti intulit bonis autoribus, quam inſcitia barbarorum. Religioſius hi, ſanctiuſque, libros tractabant, & ut iis corrigendi peritia, ita quoque depravandi aberat malitia. Hinc eſt, quod eorum erroribus facilius occurri poſſit, quam antiquis illis ſemilatinorum depravationibus; quibus nunquam, aut quam rariſſime, datur mederi. Difficile eſt

eſt itaque hunc & ſimiles Ignatii locos corrigere, niſi ea libertate velimus uti, qua ſum uſus ſupra Epiſtola ad Epheſios, in eodem vocabulo Ignatio reddendo: nimirum ut ita legamus, *ἅγνισμα ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα.* Et ſic puto ſcripſerat B. martyr.

IN EPISTOLAM

AD ROMANOS.

EX veris, & genuinis Ignatii literis ſola hæc requirebatur in codice illo optimo Bibliothecæ Mediceæ. Vtinam etiam hanc dare potuiſſem, quam ad Romanos ſcripſit Sanctiſſimus martyr. Obtinet quidem illa locum poſtremum; ſed ſive zelum, ſive dignitatem, adtendas, locum merebatur vel primum. Mihi non licuit eſſe tam felici, ut illam Græce invenirem. Alii forſan fortunatiores me, & diligentiores in perſcrutandis Bibliothecis, illud præſtabunt. Interim multum debemus Reverendiſſimo ARMACHANO; qui nobis veterem dedit hujus epiſtolæ verſionem; quæ quam fideliter Græca ubique expreſſerit, ex ſuperioribus, puto, epiſtolis cognoſcere ſatis licuit. Age itaque, videamus an non & hujus, & Simeonis Logothetæ ſubſidio, qui integram citat, adulterina à genuinis poſſimus diſcernere.

Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος] Addit Metaphraſtes, *ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας.* Nugæ, & plane contra morem Ignatii, & ſeculi. Vide, quæ ad epiſtolam ſecundam notavimus.

Ἐν θελήματι θεοῦ τοῦ ποιήσαντος] Ex Methaphraſte, & veteri interprete, hæc ita refingenda ſunt, *ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος*

 τὰ πάν-

τὰ πάντα, ἅ ἐστι κατὰ ἀγάπην τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Quid non ſibi licuiſſe putavit nebulo ille, qui nobis Ignatium ſuppoſuit?

Ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων] Quot hic literæ, tot & plures fuere altercationes de vera hujus loci interpretatione. Quam autem antiqua ſit hæc ſcriptura, ex Simeone Metaphraſte adparet, apud quem eodem modo legere eſt. Et ſane barbara eſt hæc locutio, vel Caſaubono teſte. Neque audiendus eſt ille, qui Genevenſem nobis editionem dedit. Vetus interpres ita hæc reddidit; *quæ & præſidet in loco chori Romanorum.* Omnino itaque veram puto eſſe lectionem, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τύπῳ χοροῦ Ῥωμαίων. Quis non videt, lectionem hanc tam perſpicuam eſſe, quam obſcura & barbara ſit altera? Choris etiam alibi comparat cœtus Chriſtianorum. Vti autem ſingulis choris ſuus eſt magiſter, cujus ad modum & menſuram omnes adtendunt: ita quoque ſingulis chori Romani membris præſidem ponit Eccleſiam, cui concorditer omnes parere debeant.

Ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος] Niſi parum admodum fiderem auctoritati Simeonis Metaphraſtæ; & ego poſſem credere omnia hæc epitheta ſpuria eſſe. Sed cum vel ex hac ſola epiſtola adpareat, Logotheten iſtum non multo ſanctius Ignatium tractaſſe, quam fecerit Pſeudoignatius: nulla eſt ratio, cur ei plus tribuamus, quam alteri. Veteris interpretis auctoritas major mihi eſt, & hic, & ubique, quam iſtorum duorum. Præterea ſi compoſita hæc epitheta cujuſquam aures offendant; næ ille parum verſatus ſit in primorum Chriſtianorum ſcriptis legendis. Quantopere delectati ſint illi talibus vocabulis, vel ſola Clementis epiſtola ad Romanos teſtari poſſit. Sed neque Barnabæ, & Polycarpi epiſtola, iis plane deſtituuntur. Quod ſi Ignatius magis ea inſectatur, quam alii: cogitandum, non omnibus eſſe eundem in ſcribendo genium. Neque etiam Chriſtianitas hoc requirit,

ut

ut una omnibus ſit dictio; præſertim in re diverſa. Vide ſupra epiſtolam ad Epheſios; ubi ſimilia epitheta in Epheſios congeſta invenies.

Χριστώνυμος] Veriſſima eſt omnino veteris interpretis lectio, χριστονόμος. Et paulo aute, ἀξιεπίτακτος, quæ jam monita Armachano.

Ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα] Mos loquendi impoſuit viris doctiſſimis, ut locum hunc immutatum irent. Et certe quis eſt, qui ex his verbis non colligat, Ignatium Romæ fuiſſe, cum iſta ſcriberet? Atqui Smyrnæ hæc ſunt exarata, ut ex tota epiſtola conſtat; non tantum ex fine. Quod eo magis dico, nequis putet, epilogum eſſe ſpurium. Ait autem Ignatius, ſeſe precibus ſuis à Deo impetraſſe, ut Chriſtianos illos, qui Romæ erant, aliquando videat. Ἰδεῖν enim non hic eſt ἀορ. β. ſed μέλλ. β. quod non attenderunt tam veteres, quam recentes interpretes. Ἐπέτυχον autem vertit vetus tralator, *attigi*: nimirum quod ſcopum attingere proprie hoc vocabulum ſignificet. Sed quis ſic loquentem hic intelligat? Rectius alter eo recentior interpres, & ipſe tamen vetus, reddidit, *merui*; & ita ubique. Non defuere tamen viri docti, qui hanc verbi ejus interpretationem, tanquam ineptam, exploſerint. Quod forſan illis non excidiſſet, ſi ſciviſſent, mereri non tantum ſignificare ἀξιοῦσθαι, ſed & τυγχάνειν. Plinius junior: *Sequi enim gloria, non appeti, debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulchrum eſt.* Paſſim hoc verbi ita ſumitur. Sed &, quod ſequitur, male reddidit interpres, ἀξιόθεα πρόσωπα, *dignas viſione facies.* Neque enim Græcum eſt, ἀξιόθεος, pro ἀξιοθέατος. Et alibi apud Ignatium occurrit ἀξιόθεος, pro eo, qui dignus eſt, ut Deo fruatur. Paulo poſt, ὡς καὶ πλέον &c. legi oportere, veriſſimum eſt.

Προφάσει φιλίας σαρκίνης] Vbique ſequor libentiſſime vete-

rem verſionem. Cum itaque in ea hæc verba non compareant, uti neque in Metaphraſte; facileque abeſſe poſſint citra detrimentum ſententiæ ; omnino adjecta eſſe arbitror à Pſeudoignatio.

Ἵν' ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι, ᾄσητε τῷ πατρὶ] Veteres Chriſtiani carmen canebant in laudem martyrum, qui feliciter certamen ſuum conſummaſſent. Sed non id voluit hic Ignatius. Quamvis enim martyrum memoriæ ingenti laudum commemoratione etiam in primitiva Eccleſia celebrarentur: non tamen ſanctitas Ignatii patiebatur, ut tale quid à Romanis poſtularet. Quam ab omni laude, & præconio ſui, alienus fuerit, pluribus in locis ſatis oſtendit. Illud vero rogat, ut concorditer canant Deo, gratiaſque illi agant, quod dignus habitus ſit, qui martyrii beneficio adficeretur. Verba autem ſequentia, quibus id petit, ita emaculanda ſunt; ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας κατηξίωσεν ὁ θεὸς εὑρεθῆναι εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος· καλὸν δῦναι ἀπὸ κόσμου εἰς θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.

Οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδενί] Vertit vetus interpres; *nunquam invidiſtis in aliquo*. Vnde conjicio, ipſum legiſſe, ἐν οὐδενί. Et id puto verum eſſe. Alibi autem de hoc loquendi genere diximus.

Οὐδὲν φαινόμενον αἰώνιον] Hæc omnia, more ſuo, reformavit Interpolator, partim verbis Apoſtoli ex epiſtola ad Corinthios petitis, partim ſuis. Sed & Simeon ille Metaphraſtes, & hic, & ubique, magis metaphraſten agit, quam exſcriptorem fidum. Omnino ita ſcripſerat Ignatius; Οὐδὲν φαινόμενον ἀγαθόν. ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν πατρὶ ὢν μᾶλλον φαίνεται· οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ χριστιανὸς, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. Γράφω πάσαις ταῖς ἐκκλ. Niſi vetus verſio hic nos juvaret, quis illa ex ingenio emendare poſſet?

Μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένηθέ μοι] Interpres in ſuo codice videtur reperiſſe *ὁμόνοια*. Magis tamen probo hanc lectionem; quam & Logothetes confirmat.

Ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι εὑρεθήσομαι] Petit ſanctiſſimus martyr, ut totus à feris devoretur, & nihil quicquam membrorum ejus relinquatur, ne aliis Chriſtianis oneri eſſent, & ſumtui ejus reliquiæ, ſive illas ſepelire, ſive alio vellent tranſportare. Et hic verus eſt ſenſus iſtorum verborum; quæ aliter, neque poſſunt, neque debent explicari.

Ἐγὼ δὲ ἐλάχιστος] Aliter hæc inquinavit Pſeudoignatius; aliter Logothetes. Ita ſcripſerat Ignatius; *Ἐκεῖνοι ἀπόστολοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγὼ δὲ κατάκριτος. ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος· ἀλλὰ ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐλεύθερος. καὶ νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν. Ἀπὸ Συρίας* &c. Scio, ab aliquibus me reprehenſum iri, quod tantum veteri huic tribuam interpreti, ut, ejus autoritate, infercirem particulam iſtam, *καὶ*, ante *νῦν*; quæ melius abeſſet, cum ſenſum potius impediat, quam juvet. Illis ego reſpondeo, eos parum forſan eſſe verſatos in ſacris libris, vel, ſi eos pervolverint, non adtendiſſe ad iſtas minutias. Vtique enim deprehendiſſent, ſexcentis in locis eam particulam conjunctivam redundare, & ſuperfluam eſſe. Neque id in ſacris modo, ſed etiam profanis auctoribus, paſſim eſt obſervare.

Ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι] Exſtant hæc verba apud Euſebium, eodem, atque hic leguntur, modo. Alii ex veteribus ea omiſerunt. Et certe, quem non ea lectio offendat? An veriſimile eſt Ignatium idem bis dicere, & quidem verbis prope iiſdem? aut voces illas *σύντομα*, & *συντόμως*, ita continenter velle ſociare? Tum autem quis illud loquendi genus probaverit, ut ſiquis invitet feras, quo cito in ipſum irruant, inquiat; *εὔχομαι θηρία σύντομά μοι εὑρεθῆναι*? Quod ſi

quis

quis aliter interpretetur, & de brevitate ſupplicii hæc accipiat, eædem manent difficultates. Imo, eorum error, qui ita hunc locum interpretati ſunt, eo gravior eſt, quam iſtorum, quos diximus; quod videantur neſciviſſe, pro magnitudine, & diuturnitate tormentorum, creſcere quoque merita, & gloriam Martyrum. Proinde viderint, quam hic puſillanimitatem fortiſſimo adfingere martyri voluerint. Fidenter itaque reſcribe; Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἑτοίμων. ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν. Longe jam alius ſenſus. Hic enim efferatam ferarum rabiem in ſe concitari expoſtulat. Voce σύντομος & alibi in ea ſignificatione utitur.

Ἀνατομαὶ, διαιρέσεις] Dele hæc vocabula, quæ ab interpolatore adjecta ſunt. Paulo poſt lege ex Euſebio, & veteri interprete, ἀλησμοί: & deinceps, ex eodem; καὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου εἰς ἐμὲ ἐρχέσθωσαν. Vetus tamen interpres in ſuo codice legit; κακαὶ κολάσεις. Cætera vero, ut Euſebius, & alii.

Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον] Inquinatiſſimus eſt totus hic locus. Proculdubio ſcripſerat Ignatius: Ἀγαθὸν ἐμοὶ ἀποθανεῖν διὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστάντα· αὐτὸς κέρδος ἐμοὶ παράκειται· συγγνῶτέ μοι ἀδελφοὶ, μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆν· τοῦ θεοῦ θέλοντα εἶναι διὰ κόσμου μὴ χωρίσησθε, μήτε δι' ὕλης ἐξαπατᾶσθε· ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαμβάνειν. ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος θεοῦ ἔσομαι· ἐάσατέ με μιμητὴν εἶναι πάθους τοῦ θεοῦ μου. Quid non licuiſſe ſibi putant Græculi illi, qui ita nobis Ignatium interpolarunt?

Μᾶλλον ἐμοὶ γίνεσθε] Interpres legit; μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω. αὐτοὶ μᾶλλον ἐμοὶ γίνεσθε, τουτέστι, τοῦ θεοῦ. Malim tamen αὐτῷ legere, & ad priora referre. Ἐμοὶ autem hic eſt πληθυντικὸν ab ἐμός. Nihil itaque mutandum.

Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί] Quemadmodum gem-

gemmæ, margaritæque, quantumvis per ſe illuſtres, plus tamen ſplendoris accipiunt, & viciſſim reddunt, ubi virginis dependent collo: ita quoque elegantiſſimum iſtud ſymbolum mirum quantum auxit pretium ſuum, poſtquam eo uſa eſt illa Bataviæ noſtræ Veſtalis, illa inquam omnium ſui ſexus doctiſſima, perfectiſſimaque. In qua perficienda, an ars, an vero natura, plus operæ poſuerit, neſcio; illud certo ſcio, & hanc, & iſtam, in ulla exornanda mortali, ſi ita loqui liceat, de ea cujus immortale decus eſt, & gloria, nunquam ita certatim concurriſſe. Nam neque ars tale quid unquam perpolivit, neque illa univerſi mater in ſtudiorum artiumque cinno, talem unquam edidit partum. Si enim edidiſſet, diu jam effœta ſimilem parere nequiiſſet. Ne autem pulcherrimam iſtam ſententiam ibi ſolum puram, & intaminatam, legere poſſis, ubi caſtiſſima, & artificioſiſſima manu ejus chartam decoratam videris, ſed & hic, id eſt ſuo in loco; apage omnes iſtas ſordes, quæ ab improba Pſeudoignatii manu acceſſere, & ſic reſcribe; ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσαύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλοῦν τι ὕδωρ. ζῶν δὲ καὶ λαλοῦν, ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγει, δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Ignis ille, qui in me eſt, inquit, non amat aquam, non amat refrigerium. Id enim hoc loco ſignificat ὕδωρ.

Δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς] Proculdubio ſcripſit Ignatius, παρακαλῶ ὑμᾶς. Semper enim hoc verbum interpres reddidit, *deprecor*; id eſt, valde precor; quomodo optimi autores eo verbo utuntur. Catullus,

> *Quo ſigno? quaſi non totidem mox deprecor illi*
> *Aſſidue.*

Ita enim hoc vocabulum ibi accipiunt viri ſummi. Gellium vero reprehendunt, quod id verbum valere dixerit, *deteſtor, execror, abominor.* Sed ipſi falluntur; nec viderunt acumen epigrammatis, quoniam veram neſcivere lectionem. Ita enim

emendandum illud erat, uti id exſtat in codice Mediolanenſi, omnium, quotquot exſtant, optimo & antiquiſſimo.

Lesbia mi dicit ſemper male, nec tacet unquam
De me: Lesbia me, diſpeream, niſi amet.
Quo ſigno? quia ſunt totidem mea. Deprecor illam
Aſſidue: verum diſperam, niſi amo.

Quia ſunt totidem mea maledicta. Neque dubito, quin etiam in melioribus Gellii codicibus ita ſcriptum inveniatur. Et ut non foret, tamen veriſſima manet hæc lectio.

Præcipua monui, non tamen omnia. Siquidem ne in ſingulis longior forem, rectius me facturum exiſtimavi, ſi integram hic epiſtolam ſubjungerem, qualis erat priuſquam ab ullo interpolatore depravaretur.

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι Πατρὸς ὑψίστου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, ἐκκλησίᾳ ἡγιασμένῃ, καὶ πεφωτισμένῃ, ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐστι κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χοροῦ Ῥωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιεπίτευκτος, ἀξίαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, χριστονόμος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ πατρὸς κατὰ σάρκα, καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις ἐν πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ πεπληρωμένοις πάσης χάριτος θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλεῖστα ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ θεῷ ἡμῶν, ἀμώμως χαίρειν.

Ἐπευξά-

Ἐπευξάμενος τῷ θεῷ, ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσω-
πα, ὡς καὶ πλέον ᾐτούμην λαβεῖν. δεδεμένος γὰρ ἐν Χριστῷ
Ἰησοῦ, ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάνπερ θέλημα ᾖ, τοῦ ἀξιω-
θῆναί με εἰς τέλος εἶναι. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάν περ
χάριτος ἐπιτύχω, εἰς τὸ τὸν κλῆρον μου εἰς πέρας ἀνεμποδίστως ἀπο-
λαβεῖν. φοβοῦμαι γὰρ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ.
ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι. ἐμοὶ δὲ δυσκολόν ἐστι τοῦ θεοῦ
ἐπιτυχεῖν, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ φείσησθέ μου. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀν-
θρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε· οὔτε γὰρ
ἐγὼ ἕξω ποτὲ καιρὸν τοιοῦτον, θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπή-
σητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι· ἐάν τε γὰρ σιωπήσητε ἀπ'
ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ. ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν εἰμὶ
* φωνή. πλεῖον δέ μοι μὴ παρέχεσθε τοῦ σπονδισθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι θυ- * ἄλλ. τρέχων.
σιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν· ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι, ᾄσητε τῷ πα-
τρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας κατηξίωσεν ὁ θεὸς εὑ-
ρεθῆναι, εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος, καλὸν δῦναι
ἀπὸ κόσμου εἰς θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.

Οὐδέποτε ἐβασκάνατε ἐν οὐδενί. ἄλλους ἐδιδάξατε· ἐγὼ δὲ θέλω,
ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. μόνον δύναμιν
αἰτεῖσθέ μοι ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω,
ὅπως μὴ μόνον λέγωμαι χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. ἐὰν γὰρ εὑρε-
θῶ, καὶ λέγεσθαι δύνωμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ
φαίνωμαι. οὐδὲν φαινόμενον ἀγαθόν· ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς
ἐν πατρὶ ὢν μᾶλλον φαίνεται. οὐ πισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους
ἐστὶν ὁ χριστιανὸς, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. γράφω πάσαις
ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀπο-
θνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια

ἄκαιρος γένεσθέ μοι. ἄφετέ με θηρίων εἶναι βρῶμα, δι' ὧν ἐστὶ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. σῖτός εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος Θεοῦ εὑρεθῶ. μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλείπωσι τῶν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς, βαρύς τινι εὑρεθήσομαι· τότε δὲ ἔσομαι μαθητὴς ἀληθὴς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν κύριον ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων Θεῷ θυσία εὑρεθῶ. οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος, διατάσσομαι ὑμῖν· ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ δὲ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος· ἀλλὰ ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐλεύθερος· καὶ νῦν μανθάνω, δεδεμένος, μηδὲν ἐπιθυμεῖν.

Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδοις (ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα) οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν, μᾶλλον μαθητεύομαι, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων, τῶν ἐμοὶ ἑτοίμων· ἃ καὶ εὔχομαι σύντονά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω, συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο· κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θέλῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω· νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι, μηδέν με ζηλῶσαι τῶν ὁρατῶν, καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. πῦρ, καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κολάσεις τοῦ διαβόλου, ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

Οὐδέν με ὠφελήσει τὰ πέρατα τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. ἀγαθὸν ἐμοὶ ἀποθανεῖν διὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, ἢ βασιλεύειν ὑπὲρ τῶν περάτων τῆς γῆς. ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστάντα· αὐτὸς κέρδος ἐμοὶ παράκειται.

κειται. συγγνῶτέ μοι ἀδελφοὶ, μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆν· τοῦ θεοῦ θέλοντα εἶναι, διὰ κόσμου μὴ χωρίσησθε, μήτε δι᾽ ὕλης ἐξαπατᾶσθε. ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαμβάνειν. ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος θεοῦ ἔσομαι. ἐάσατέ με μιμητὴν εἶναι πάθους τοῦ θεοῦ μου. εἴτις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς τὸν θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ. μᾶλλον ἐμοὶ γίνεσθε, τοῦτ᾽ ἔστι τοῦ θεοῦ. μὴ λαλῆτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω. μηδ᾽ ἂν ἐγὼ ὑμᾶς παρὼν παρακαλῶ, πιστεύειν ἐμοί. τούτοις δὲ μᾶλλον πιστεύσατε, οἷς γράφω ὑμῖν· ζῶν γὰρ γράφω ὑμῖν ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν. ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλοῦν τι ὕδωρ, ζῶν δὲ καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγει, Δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου· ἄρτον τοῦ θεοῦ θέλω, ὅ ἐστι σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβίδ· καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος.

Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θέλητε. θελήσατε οὖν ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι᾽ ὀλίγων γραμμάτων παρακαλῶ ὑμᾶς, πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς φανερώσει ὑμῖν ταῦτα, ὅτι ἀληθῶς λέγω· ἀψευδὲς στόμα ἐν ᾧ ὁ πατὴρ ἀληθῶς ἐλάλησε. αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ ἵνα ἐπιτύχω· οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην θεοῦ· ἐὰν πάθω, ἠγαπήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας. ἥτις ἀντ᾽ ἐμοῦ ποιμένι τῷ θεῷ κέχρηται· αὐτὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. ἐγὼ δὲ καὶ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι. οὐ γάρ εἰμι

ἄξιος, ὢν ἔσχατος αὐτῶν καὶ ἔκτρωμα· ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν θεοῦ ἐπιτύχω. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα· καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι, ἐν τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με προῆγον.

Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης, διὰ Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων· ἔστι δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς καὶ Κρόκος, τὸ ποθητὸν ὄνομα. περὶ τῶν προσελθόντων ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν θεοῦ· πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι· οἷς καὶ δηλώσετε, ἐγγύς με ὄντα· πάντες γὰρ εἰσὶν ἄξιοι θεοῦ, καὶ ὑμῶν· οὓς πρέπον ἐστὶν ὑμῖν κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. Ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα, τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Σεπτεμβρίου. Ἔρρωσθε εἰς τέλος, ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

IN EPISTOLAM
MARIÆ CASTABALITIDIS
AD IGNATIVM.

QVamvis hæc epiſtola ſit commentitia, non tamen indignam judicavi, quæ lucem videret: tum quod hactenus eſſet inedita, tum ut fucus interpolatoris in eo etiam adpareret, quod ex hac epiſtola petierit, quæ illi ad Magneſios inferciret. Sed & hinc dilucet, quid illis præbuerit occaſionem errandi, qui arbitrati ſunt, Mariam Deiparam Ignatio ſcripſiſſe, & illum viciſſim Mariæ. Proculdubio enim verum eſt, homines iſtos, cum inaudiiſſent aliquid de hac epiſtola, putaviſſe eam eſſe Mariæ Virginis, inde vero

arripuiſ-

arripuiſſe occaſionem fingendi & aliam; quia hæc,quam damus, ad iſtorum manus non perveniſſet. Atqui nunc adparet, quam falſi iſti fuerint, cum non Hebræa, ſed Ciliſſa fuerit hæc mulier ; ſi tamen unquam talis fuerit, cujus nemo veterum, quod ſciam, meminerit. Ita autem feceramus titulum, ductu potiſſimum magni Caſauboni; cujus iſtam conjecturam fuiſſe, aliquando ex Rev. Armachiano intellexi. Ille enim pro eo, quod eſt in vulgatis Κασοβολίτην, legebat, Καςαβαλῖτιν, à Caſtabalis, nota ſatis Ciliciæ urbe. Florentinus liber exhibebat, Ιγνατίῳ Μαρία ἐκ Κασοβήλων. Veteres autem interpretes quidam habent, *Chaſſaobolorum*, vel *Chaſabolorum*. Putet forſan aliquis, hujus loci meminiſſe Heſychium ex Æſchylo, Κασωλάβα οἱ μὲν πόλις, οἱ δὲ κώμη. Facile enim corrigi poſſit, Κασωβάλα. Nihil tamen auſim affirmare. Et quis ſane aliquid certi poſſit ſtatuere de illis urbium adpellationibus, quibus non additur locus, ubi ſitæ ſint? Quam ſolemne iſtud ſit Grammaticis, ut nominibus propriis virorum, mulierum, urbium & regionum, nihil aliud addant, quam, ὄνομα κύριον, ὄνομα ἔθνους, ὄνομα πόλεως, & ſimilia, nemini ignotum eſt. Ideoque plurimum eos falli puto, qui ſimilitudine talium vocabulorum adducti, aliquid de illis certi decernere ſatagunt. Sed neque Caſſipolis Plinii, quam in Cilicia recenſet, locum hic habere poteſt. Auſim ego contendere, vocabulum iſtud non recte ſeſe habere. In omnibus ſcriptis codicibus legitur *Caſſiponis*, unde Hermolaus finxit id, quod in vulgatis paſſim adparet. At quam bene, alibi videbimus. Aut itaque vera eſt lectio Caſauboniana, aut hic reſcribendum, Μαρία ἐκ Καταβόλων. Nec ab eo multum abeunt veteres quidam interpretes, qui *Chaſabolorum* habent, pro *Catabolorum*. Catabolum autem oppidum ſtatuunt omnes prope Alexandriam κατ᾽ Ἴσσον, ſive Alexandriam Scabroſam : id enim verum eſſe ejus loci nomen, alias oſtendam.

dam. Memoratur hoc oppidum Antonino, Itinerario Hieroſolymitano, Tabulis Peutingeri, Geographo veteri Anonymo. Inde ἐθνικὸν *Catabolenſis*. Κατάβολα autem Græcis dicuntur ἐπίνεια, navium ſtationes, & emporia. Inde quoque κατάβολος, pro ἔμπορος.

Πάντες τε σοι δεχόμεθα] Malim legere, πάντοτέ σοι δεχόμεθα, uti fuit in codice interpretis. In eo hæc verba erant ſegregata ab epigraphe, ad quam neceſſario pertinent.

Κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ προῤῥηθείσας φωνάς] Non poteſt conſiſtere hæc lectio; quamvis & illam vetus interpres ſit ſecutus. Lego; κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προῤῥηθείσας φωνὰς παρὰ τοῦ τῶν προφητῶν χοροῦ.

Μάρκον τὸν ἑταῖρον ὑμῶν, ἐπίσκοπον τῆς Ἡμελάπης Νέας πόλεως] Cum ita quoq; ſit in tralatoris codice, adparet, vulnus iſtud non heri, aut nuper, eſſe inflictum. Quis vero non videat, lectionem hanc eſſe abſurdiſſimam? Quis ſimile unquam urbis nomen audivit, atque illud Hemelapes Neapoleos? Scribe, Μάρκον τὸν ἑταῖρον ἡμῶν ἐπίσκοπον τῆς ἡμεδαπῆς Νέας πόλεως. Nihil certius. Neapoleos in Cilicia meminit Geographus quidam Ravennas, quem habemus MSS. Is eam ponit ad Celenderin. Sed cum hæc longius abſit ab Catabolo, ſive etiam, ſi mavelis, â Caſtabala, verius omnino eſſe puto, Neapolin τὴν πρὸς τῷ Ζαρβῷ eſſe illam, quæ Ptolomæo eſt Καισάρεια πρὸς Ἀναζάρβῳ. Zarbus enim, & Anazarbus, idem plane eſt. Nam &, qui conditor civitatis eſt Anazarbus, ab aliis Zarbus appellatur.

Ὃς ὁδηγήσει τὸν λαὸν τοῦτον] Lege ὁδηγήσῃ. Poſtea pro eo, quod ſequitur, τὸν πρεσβύτην Ἠλεὶ, vetus interpres legit, τὸν πρεσβύτερον.

Ἔκρινεν ὠμογέροντάς τινας] Ridicule vertit interpres, *crudeles ſenes*, pro *crudos*. Ὠμογέροντας autem, ſive crudos ſenes, accipi pro illis, qui viridi utuntur ſenecta, ſatis notum verſu Virgi-

Virgiliano, Tales Græci vocant τὲς μήπω πεπαυθένλας τῷ γήρᾳ, ἀλλ' ἄρλι παραλλάξανλας τὴν ἀκμάζονλα ἡλικίαν. Nec tantum ita appellantur, qui nuper τὴν ἀκμάζονλα ſupergreſſi ſunt; ſed etiam iſti, quibus, in ſuprema licet ſenectute verſentur, ſuperſint tamen vigor, ac vires. Ita intelligendum illud Senecæ, *durus ſenior navita crudus*. Sæpius tamen in altera ſignificatione accipitur, de eo quod recens eſt: uti cum dicimus, *crudum vulnus*, pro eo, quod noviter inflictum eſt. Et in Anthologia inedita Salmaſiana quidam, cujus capilli recenter incanuerant, ad puellam ait,

Βόςρυχον ὠμογέρονλα τί μέμφεαι ———

Sed & Martiali vox illa reddenda eſt; cujus epigramma ita ex optimis codicibus refingendum eſt:

Hædina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticemque calvæ:
Feſtivè tibi, Phœbe, dixit ille,
Crudum qui caput eſſe calceatum.

Id eſt, feſtive dixit ille, qui dixit, caput tuum recenter factum calvum, eſſe calceatum. Sexcentis in locis ſubintelligitur *dixit, inquit*; uti quoque apud Græcos, τὸ φασί; etiam apud elegantiſſimos autores. Si qui tamen ita molliculi ſint, & delicati, ut talia in Martiale ferre non poſſint, ii Martialem, non me reprehendant, qui veterem illi lectionem reſtituo. Verum non in eo, ſed in eorum auribus eſt vitium.

Ἰωσίας ἦ ὁ Θεοφιλὴς ἀναρθεὰ σχεδὸν ἔτι φθεγγόμενος] Bene ad hunc locum notavit Vir ſummus D. Blondellus, annos natum fuiſſe XXVI: anno nimirum Regni, XVIII, qui cum ætatis XXVI concurrebat. Paulo poſt lege, βωμὲς τε αὐτῶν ἀναςρέφει. Sed hæc hactenus. Tædium enim obreperet, ſi ulterius in quiſquiliis iſtis excutiendis tempus perderem. Et tamen illas qualeſcunque multo meliores reddidimus ope codicis Florentini. Quod ſiquis ſequentem epiſtolam ad Ma-

riam Catabolenſem, & illam ad Tarſenſes, cum vulgatis contulerit, verum eſſe fatebitur. Te itaque rogo, amice lector, ut pro benignitate tua, excuſatum me habeas, ſi non omnia ſuſtulerim, quæ te offendere poterunt. Neque in bonis, neque in malis, prolixus eſſe ſtudeo. Illud tædioſum; alterum vero perquam difficile eſt. Quod ſi aliis eo fuerit major laus, quo attulerint plura, & meliora: in me tanto erit levius crimen, quanto in nugis meis fuero brevior.

AD

BARNABAM

QVÆDAM

NOTÆ.

N O T Æ

AD BARNABÆ APOSTOLI

EPISTOLAM CATHOLICAM.

ALiquot jam ſunt anni, quod hanc Barnabæ epiſtolam, quam ab incomparabili Salmaſio acceperam, in lucem emittere decreveram. Sed iter meum obſtitit, quominus inſtitutum illud tum temporis perficere licuerit. Dum verò Angliam luſtro, alia ſeſe obtulit occaſio, qua ſcriptum illud, quod jam diu lucem merebatur, tandem aliquando divulgaretur. Parabat tum novam Ignatii editionem Reverendiſſimus Hiberniæ Primas VSSERIVS ARMACHANVS. Illi itaque poſtulanti, & offerenti, ut una cum Ignatianis hæc quoque Barnabæ excuderetur epiſtola, non tantum libenter id conceſſi, ſed etiam maximopere gaviſus ſum, in illas manus incidere antiquiſſimum iſtud monumentum, à quibus immenſum quantum ſplendoris mutuare ſibi poſſet. Et niſi ingens iſtoc incendium, quod non exiguam partem urbis Oxonienſis vaſtavit, omnia quoque exemplaria abſumſiſſet; pulcherrimam ejus auctoris editionem jamdiu habuiſſemus. Non defuere tamen in Gallia viri docti, qui indignum putabant, ſcriptum hoc diutius in tenebris latitare. Itaque nuper Claudius Menardus, monachus ordinis Sancti Mauri, novam nobis editionem adornavit. Quin plurimum hoc nomine meritus ſit de publico; nemo eſt, qui infitias iverit. Plus tamen meruiſſet, ſi contigiſſet illi, plura videre exemplaria. Cum enim tota illa editio ex vno promanarit codice: fieri àliter non potuit, quin inemendatiſſima prodiret. Mihi, licet non uſque adeo fortuna faverit, ut quiſquam in-

videre debeat: ea tamen contigit felicitas, ut tribus in hoc corrigendo uſus ſim MSS. Primum mihi Florentiæ ſuppeditavit Bibliotheca Medicea. Altera duo Bibliotheca Vaticana, & Theatinorum, qui Romæ agunt. Illorum uſum acceptum fero Lucæ Holſtenio, viro ſummo, & nunquam non infra merita ſua laudando. Quid itaque ope iſtorum trium codicum præſtitum ſit, videbit is, qui operæ pretium duxerit editionem hanc cum altera, quam dixi, committere.

Neſcio autem, cur quidam opinati ſint, hanc epiſtolam non eſſe Barnabæ; cum tamen & Clemens, & Origenes, & alii, illam ei tribuant. Offenſi ſunt, credo, viri docti, quod hic loca quædam S. Scripturæ aliter explicentur, quam explicari debebant. Perſuaderi nequeunt, ſic potuiſſe ea capi à viro tantæ autoritatis, cujus toties ſacri libri meminerint, quique ſemper Pauli Apoſtoli comes fuerit individuus, & ipſe quoque unus è minoribus Apoſtolis. Sed quis à primis illis Chriſtianis omnigenam ſcientiam & doctrinam expoſtulet? quis illos non æque hallucinatos exiſtimet, atque eorum nepotes; præſertim in rebus nihil ad fidem pertinentibus? Nunquid & in epiſtola Clementis, quam nobis dedit vir maximus Patricius Iunius Bibliothecarius Regius (cui ego tantum debeo, ut plura ei debere non poſſim) ſimilia occurrunt? Quis enim bono animo concoquere poſſit fabellam illam, quam de Phœnice narrat, deque pluribus ultra Oceanum mundis? Non puto etiam quemquam velle admittere expoſitionem iſtam, ut linteum coccineum Raab meretricis, ſignum fuerit ſanguinis Chriſti, & alia quædam id genus, quæ non eſt hujus loci referre. Atqui tamen iſte Clemens, pari jure, atque Barnabas, dictus eſt Apoſtolus. Non debent itaque in hoc reprehendere, quod in altero excuſant. Notum eſt cuilibet, quam nimium myſtice & ſuperſtitioſe (pene etiam ineptè) primi illi Chriſtiani Scriptu-

ras

ras Sacras ſint interpretati. Si itaque & in hoc auctore quædam occurrant, quæ eruditis diſpliceant, dandum id potius moribus veterum Chriſtianorum, quam ut putetur ſcriptum eſſe ſuppoſititium. Sed neque hoc quemquam movere debet, quod Euſebius & Græci poſteriores, inter ἀπόκρυφα repoſuerint epiſtolam Barnabæ. Non enim hoc eo factum, quod dubitarent de auctore; ſed quod non probarent myſticas iſtas interpretationes multorum S. Scripturæ locorum. Eadem ratione & Clementis Alexandrini, & multa Origenis opera, inter apocrypha relata ſunt. Neque tamen unquam dubitatum fuit, quin genuina eſſent illa opera. Et certe, ſi omnia quæ aliquando inter apocrypha habita ſint rejicere velimus, rejicienda quoque eſſet D. Pauli ad Hebræos epiſtola, item Iudæ Apoſtoli epiſtola, & illa Clementis ad Corinthios. Quod quam abſurdum ſit, quis eſt qui non videat?

Alii ex ſtylo, & ſcriptionis genere, dixerunt, ſeſe deprehendere, epiſtolam hanc eſſe ſpuriam. De Ignatii epiſtolis idem adfirmabant. Sed nimium ſane acuti volunt videri, qui talia jactant. Non ita facile eſt ſpuria ſcripta à genuinis diſtinguere, quam ſit nativas gemmas dignoſcere ab adulterinis. Cum enim veri lapilli cum fictitiis committuntur & comparantur, tum ut plurimum fucus adparet: ita purpura ad purpuram dijudicatur: ita & in aliis mercibus fit. Sed quid eſt, unde iſti, qui negant, epiſtolas has eſſe Barnabæ, & Ignatii, iſtoc colligere potuerint? Nunquid alia eorum ſcripta viderunt? Non certe. Vnde ergo iis innotuit, quo ſtylo uſi ſint Barnabas, & Ignatius? At, inquiunt iſti, ſeſe nihilominus ſcire vera eſſe, quæ ſentiant. Si ita eſt, jam verbum non addam. Pergamus, & videamus, ecquid operæpretium fuerit ad hanc epiſtolam annotaſſe.

Ideo

Pag. 210. *Ideo fors & ego cogito diligere vos ſuper animam meam*] Proculdubio ſcriptum fuit, *Ideo* FRS *& ego cogito* &c. id eſt, Fratres. Nam & alibi in hac epiſtola fratres alloquitur.

p. 214. *Oportet ergo de his tantibus multum ſcrutantes ſcribere*] Lege, *de his talibus*. Semel autem lectorem moneo, me non probare maximam partem lectionum Monachi illius Pariſienſis, quæ ille ad oram veteris hujus interpretationis adpoſuit. Si quid itaque occurrat, quod diſpliceat, ne id mihi vitio vertatur. Quamvis enim multa deleta ſint, plura tamen remanſerunt. Ita aliquanto poſt, *peribit* correxit pro *periet*; cum non hoc minus, quam alterum, in uſu fuerit ævo poſteriori. Ita & alibi, *interiet*, *exiet* : & *tranſiet*, etiam apud Tibullum.

p. 218. Τὸν λαὸν τὸν κενὸν ἑτοιμάζων] Hactenus omnia in Græco deſunt. Quod ideo factum eſt, quoniam in autographo illo, unde exemplaria, quæ exſtant, profluxere, unum & alterum forſan folium defuit. Ita ut hoc modo principium hujus, & finis epiſtolæ Polycarpi ad Philippenſes, perierint, quæ ſemper in veteribus libris conjunguntur. Male autem in editione Pariſienſi verba quædam hic præfigebantur, quæ ad ſuperiora, id eſt ad epiſtolam Polycarpi, quæ in MSS præcedit, pertinebant.

Καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτὸν] Olim ſcriptum fuit; καὶ ὅπερ ἠγάπησεν αὐτόν. Poſtea legit interpres; τότε ἦν τοὺς ἰδίους ἀποστόλους &c.

p. 223. Ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται] In codicibus illis, quos vidi, non erat τὸ εἶτα. Itaque putavi debere reſcribi, μέλιτι, καὶ γάλακτι, uti quoque interpres legerat. Notus enim ex Clemente Alexandrino, & Tertulliano, mos ille veterũ Chriſtianorum, quo pueris recens baptizatis mel, eique lac miſtum, deguſtandum offerebant. Sed nunc alteram lectionem probo. Neque enim à Barnaba hoc loco tangi puto ritum iſtum, licet antiquiſſimum; ſed ſimpliciter loqui

loqui de conſuetudine veterum, etiam ethnicorum, qui infantes recens natos primum melle, deinceps vero lacte nutriebant. Hinc eſt, quod Diomedes, ſive alius Grammaticus, in Scholiis ad Dionyſium Thracem, mel primum infantium cibum vocet. Sed & ex medicorum præſcripto fiebat, ut infantes, antequam uberibus nutricum admoverentur, per aliquot dies nutrirentur melle. Quamvis enim lac ſit omnium convenientiſſimum naturæ nutrimentum; ut quod natura ipſa non hominibus tantum, ſed & reliquis animalibus, primum cibum ordinarit: multæ tamen ſunt rationes, cur recens genitis mel ſit conducibilius, quam lac; præcipue vero puerperarum, quod primo craſſius & ſeroſius eſſe ſolet. Paulus περιοδευτὴς: Πρώτην τροφὴν εἰσφέρειν δεῖ τῷ νεογενεῖ παιδίῳ τοῦ μέλιτος· μετὰ δὲ, τοῦ γάλακτος διδόναι δὶς τῆς ἡμέρας, ἢ τρεὶς τὸ πλεῖστον. ὅταν δὲ αὐτότε προθύμως λαμβάνει, ἐλπίδας τε παρέχει ἐκπέψειν, τηνικαῦτα ἤδη καὶ σιτίον διδόναι μὴ ἐμπιπλάσαν. Ita lege ex veteri codice. Sed & Aëtius περὶ παιδοτροφίας idem jubet; niſi quod à melle non ſtatim ad lac tranſeat, ſed hydromeli interponat. Verba ejus ſunt: Δοτέον δὲ αὐτῷ πρὸ πάσης τροφῆς μέλι κάλλιστον ἀπηφρισμένον ἐκλείχειν, παραιτουμένους τὸ βούτυρον ὡς κακοστόμαχον. εἶτα χλιαρὸν ὑδρόμελι παρενστάζειν. εἶτα προαμέλξασα ἡ μήτηρ τῶν μαστῶν τὸ παχὺ, καὶ πυριάσας αὐτοὺς ὕδατι θερμῷ, διδότω τὸ γάλα τῷ βρέφει. Huic rei inſerviebat vaſculum quoddam ſive ollula (χυτρίδιον vocat Ariſtophanis ſcholiaſtes) in qua erat ſpongia, quam melle implebant, & ita offerebant infanti. Galenus tamen in libris ὑγιεινῶν ſtatim ad lac, & lavacra, tranſit, nulla, quod ſciam, mellis aut mulſi mentione facta.

Ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχὴλ] Legendum ῥαχίη. Gloſ- p. 225.
ſæ Herodoti: ῥηχίης φραγμοῦ, ἢ δέσμης τῶν φραγμῶν. Idem plane, quod ῥάχος ſive ῥῆχος. Vetus interpres reddidit, *rubum*. Sed ῥῆχος, ſive ῥηχίη, non magis rubum ſignificat, quam quodcunque aliud genus ſpinæ, unde ſepes fiant; uti

ſunt rhamnus, oxyacantha, paliurus, cynosbatus, &c. Operæpretium eſt itaque, ut videamus, de quo ſpinæ genere intelligendus ſit hic locus. Multi enim nimium quam curioſe, & ſollicite, inquiſiverunt in genus illud ſpinæ, unde corona Chriſti fuerit contexta. Nemo tamen aliquid certi, quod ſciam, adtulit. Vt ergo hoc melius ſciretur, repoſui βλαστοὺς ex illis, quos vidi codicibus; cum antea legeretur βάτους, quod locum hic habere non poteſt. Nemo ita fructum rubi appellat; ſed rubum ipſum. Heſychius; βάτινα ὁ τῆς ἀκάνθης καρπός. καλεῖται ἢ καὶ ἄβρωνα, καὶ μῶρα. Ita lege. Alii etiam βαλίαν vocant ſpinæ hujus fructum, ſed nemo βάτον. Omnino itaque vera eſt lectio, quam repoſui. Male autem vetus interpres *fructus* vertit. Βλαστὸς enim eſt *germen*. Hinc adparet, falli eos, qui putarunt, ex vepribus, aut ex ſpina infrugifera, textam fuiſſe coronam Chriſti. Sed neque recte ſenſerunt illi, qui eam ex rhamno fuiſſe credunt. Argumenta quæ afferunt, qui loca ſancta luſtrarunt, ejus non ſunt generis, ut cuiquam debeant perſuadere. Nam utcunque verum fuerit, quod adfirmant, rhamnos ſeſe frequentes, rubos vero nullos, iis in locis vidiſſe; olim ita non fuit. Crebra eſt mentio ruborum in ſacris libris. Sed neque hoc eos juvat, quod rhamnum Itali quidam Spinam ſanctam vocent. Ita enim hanc dictam puto, quod amuletum eſſe contra veneficia credatur. Vnde eam Nicander ἀλεξιάρην, alius quidam ἀλεξίκακον, vocavit. Fuſius hoc ipſum docet vetus quidam poëta, qui agit de plantis ſacris, deoque alicui conſecratis. Eum accepi à viro maximo Leone Allatio, cujus humanitati plurima quoque alia debeo. Verſus adſcribam:

Ῥάμνον ἔχει Πανάκεια ἐν οἴκοισιν παναρίστην
Φυομένην φραγμοῖσιν ἄκανθαν δ' πετάλειαν.
Ὥρου δ' ἐστὶ φυτὸν τόδε. σύμπορον ἐστὶ βροτοῖσιν

Βαστάζειν

Βαστάζειν τότε ῥάμνον, ὅταν φθίνουσα σελήνη
Δέρκηται πάντεσσι βροτοῖς κατὰ μακρὸν ὄλυμπον
Κρημναμβλύη. δύναται γὰρ ἀποστρέψαι κακότητας
Φαρμακίδων τε κακῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.
Πρώτη γὰρ μακάρων γ' ἐχρήσατο τῆδε φυλείᾳ
Παλλὰς Ἀθηναίη κούρη διὸς αἰγιόχοιο,
Πάλλαντα κτείνασα μάχαις κρατερῆφι βίηφι,
Τῆμος ὅτ' ἀθάνατοί τε θεοὶ, θνητοί τε γίγαντες,
Σύμβαλον εἰς ἔριδα κρατερὴν κάρτιστοι ἐόντες.
Πανδερκὴς δ' ἄρ' ἔπειτα θεὸς Νέμεσις πολύμορφος
Καὶ νηοὺς ἐκάθηρε θεῶν καὶ ἀγάλματα ῥάμνῳ.
Θρέμματα γουῶν, νῆάς τε καλὸν φυτὸν ἐστι φορῆσαι.
Πρός τε πόνον κεφαλῆς, καὶ δαίμονας ἠδ' ἐπιπομπάς.
Πάντα γὰρ ἠδ' ἰάσαιτο βροτοφθόρου φάρμακα λυγρά.

Sed neque hic auctor, neque quiſquam veterum, quod ſciam, dixit, rhamnum fructum dulcem, aut germina edulia producere. Quod ſi quis illam quorundam opinionem ſequatur, qui putant, albam ſpinam eſſe eandem atque rhamnus; eædem manent difficultates. Forſan tamen intelligent non de frutice, ſed de herba; uti fecit Marcellus Empiricus, cap. XXIII: *Herba Salutaris, id eſt, ſpina alba, qua Chriſtus coronatus eſt, quæ velut uvam habet, lienem leviter in eodem loco perfricata ſanabit.* De eadem herba loquitur Plinius, cum ait, *albæ ſpinæ caulem pro pomo eſſe*; & alibi cum inquit, quod *ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamenta quandoque gulæ condiantur.* Ita fere meliores libri. Hæc enim verba Plinii de herba eſſe intelligenda, docuit ὁ πανἐπιστήμων, in divino exercitationum opere, quidquid alii aut ante, aut poſtea, fuerint nugati. Vti igitur neque de rhamno, ita neque de alba ſpina ſive frutice, ſive herba, accipi poſſunt hæc Barnabæ verba. Ille enim nec germen, neque fructum edulem præſtat; altera vero eſt

 herba.

herba. Vtcunque autem fateamur, eandem plantam à veteribus non raro promiſcue vel herbam, vel fruticem, nuncupari: quis tamen adeo fuit fatuus, ut ſepes ex herba conſtruxerit? Ῥάχος vero aliter, quam de frutice, unde ſepimentum fiat, intelligi non poteſt. Fruſtra eſt itaque Marcellus, & ſi qui eum ſequuntur. Fuere alii, qui alias excogitarunt ſpinas; uti acaciam, juncum marinum, uvam criſpinam: ſed eorum opiniones tanti non ſunt, ut mereantur confutari. Omnino verum eſſe puto, coronam Dominicam ex rubo fuiſſe contextam. In illam enim omnia, quæ dixi, conveniunt. Neque obeſt, quod Pollux βάτον, & ῥάχον, tanquam diverſas nominet. Differunt enim ut genus, & ſpecies. Clemens Alexandrinus, ubi de hac corona loquitur, adſignat huic ſpinæ σταφυλὴν, ſive uvam. Rubo eam ipſam adſignat Theophraſtus. Germina vero ruborum, id eſt, τοὺς βλαστοὺς τῶν βάτων, commendat etiam inter cibos Galenus περὶ τροφῶν δυνάμεως β'. Sed relinquamus ſpinas, in quibus ſatis jam diu hæſimus. Iſtud addam, illa de hirco emiſſario, quæ in Sacra Scriptura paucis memorantur, exſtare quoque apud Tertullianum libro contra Iudæos, & iiſdem pœne verbis III contra Marcionem: ac præterea in Iudæorum Miſnajoth ſimilia de hoc hirco haberi. Vide tractatum Ioma cap. V, & VI, &c.

Οὕτως μόνης τοῦ ῥαχοῦς] Lege, ταύτης μόνης τοῦ ῥάχου. Male alius aliter emendavit. Paulo poſt lege; καὶ ὅ, τι τὸ ἐπιτέρατον ἐστεφανωμένον. Ita infra, ὅ, τι ἦν τὸ ἔργον ἐπὶ τὸ ξύλον. Quomodo particula ὅτι, & in hac epiſtola, & apud alios autores, ſæpiſſime accipitur. Male itaque viri docti hæc corrigunt.

p. 230. Οὐ μὴ, φησὶ, κολληθήσῃ ἀνθρώποις] Repone ex Clemente, qui hæc citat; οὐ μὴ, φησὶ, κολληθήσῃ οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς ἀνθρώποις τοιούτοις. Sed & in ſequentibus variat Clemens. Vide eum.

Καὶ κεκεραμμένοι τῷ θανάτῳ] In quibuſdam codicibus erat, p. 231.
κεκρυμμένοι: ſed melior eſt lectio, quam dedimus; eamque vetus etiam confirmat interpres.

Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο τῷ στόματι κύει] Hæc non habentur in veteri p. 232.
interprete. Sed cum apud illum præceſſerit; *non eris talis, qui audit iniquitatem, & loquitur immunditiam*; adparet, Barnabam non tantum hic egiſſe de partu muſtelæ, ſed etiam de ejus conceptione. Hoc itaque modo præcedentia conſtituenda videntur: Οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις, οἵους ἀκούομεν ἀκούειν ἀνομίαν, ποιοῦντας τῷ στόματι ἀκαθαρσίαν. Intelligit autem fellatores. Sed quid facias verbis ſequentibus; in quibus mera adparet balbuties, cum nihil in illis dicatur, quod non dictum ſit antea? Emendatiores forſan codices hoc nos aliquando docebunt. Quæ autem deinceps ſunt, ita corrige: Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο δι' ὤτων συλλαμβάνει, καὶ τῷ στόματι κύει. Muſtelam auribus concipere, & ore deinceps parere, notiſſima inter tonſores fabella. Illam tamen non videtur audiviſſe nuperus editor, qui occaſione ex hoc loco ſumta, verba Iſidori conatus eſt corrumpere. Ita enim apud illum legendum erat, *Falſo autem opinantur, qui dicunt, muſtelam aure concipere, ore effundere.* Hoc præceptum eodem modo enarrat Pſeudoariſteas.

Ὃ ἔλαβον διάσταλμα ῥήματος] Nuperus editor repoſuerat p. 233.
διάγαλμα, quod ſane non intelligo. Et certe ne quidem eſt Græcum.

Ἀλλ' ἑαυτοῖς οἰκοδομήσουσι] Ita quidem libri. Sed quid hoc rogo, βάπτισμα ἑαυτοῖς οἰκοδομήσουσι; Lege itaque, οἰκονομήσουσι.

Ἀλλ' ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος] Nihil huc facit lanu- p. 234.
go. Scribe χοῦς. Pudet tam levia monere.

Καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται] Quemadmodum Ignatius p. 236.
ſuos habuit interpolatores, qui illum corruperint: ita neque

defuit, qui id ipſum quoque in Barnaba licere ſibi crediderit. In altero enim Romano codice hæc ſequebantur : *καὶ πότε ταῦτα τῶν ἡρώων ἐτύγχανε, τῶν τέκνων τοῦ Σήμ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐπὶ τῆς γῆς. τῷ δὲ ἑπτακοσιοστῷ ἔτει τῆς τρίτης χιλιάδος ἐκτίσθη Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ Νεμρὼθ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐποίησαν ἑαυτοῖς υἱοὶ Χὰμ βασιλέα, οὗ τὸ ὄνομα Πούτιπος, καὶ τῷ ἑπτακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἐννάτῳ ἔτει τῆς γ΄ χιλιάδος, ἔτει δὲ τρίτῳ τῆς βασιλείας Νεμρὼθ, ἔπεμψεν ἄνδρας δυνατοὺς ἐκ τῶν υἱῶν Ἰαφὲθ σοφοὺς πάνυ τεχνίτας καὶ ἀρχιτέκτονας, καὶ κατῆλθον ἐπὶ τὴν ἑῴαν πρὸς Μονήτονα υἱὸν Νῶε, καὶ ᾠκοδόμησαν αὐτῷ πόλιν, καὶ ἐπωνόμασαν αὐτὴν Μονήτονα κατὰ τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ.* Sed hæc ſatis ad guſtum. Plures enim paginas nugis iſtis implerat impudentiſſimus iſte nebulo.

p. 236. *Ἐν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πηγῆς*] Codices omnes ſcripti exhibebant, *πήγμης*. Vnde nuperus editor faciebat *πήγματος*. Quod locum hic habere non poteſt. Vera omnino eſt lectio *πήγης*. *Πήγη* vel *πάγη*, uti apud Heſychium, locum excelſum ſignificat. Sed hæc hactenus. Neque enim animus erat in Barnabam notas ſcribere. Et tamen, currente prœlo, hæc quoque paucula abſolvimus. Plura quidem ſupererant; ſed difficile eſt in eundem autorem bis notas ſcribere. Sufficit textum Græcum locis innumeris meliorem & auctiorem dediſſe, quam ſit nupera illa Pariſienſis. Tu vale lector, ſi quis unquam futurus ſis, & properanti ſi quæ exciderint, ignoſce.

F I N I S.

BR
65
.I32
C3
1646
c.1

Bib Fict

12968

A-Rr4 [Rr4 blank]
CH/AT